Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473840-p0001-9

Sammelband Lex. 200

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473840-p0002-5

# DE VETERI ET NOVICIO DEO, DE VETERI ET NOVA FIDE DOCTRINAQVE, SIVE, ORIGO IDOLO-LATRIAE.

Lege, Lector cãdide, multis nominibus hũc pulcherrimũ librum, doctrina & eruditione inſigné, ut cognoſcas quo te uertere debeas, q̃d ſpe-ctare, q̃d credere, in tãto to-tius Chr̄ianiſmi diſsidio, in tantis rerum pu-blicarũ tumulti-bus. Vale in Chriſto domino noſtro.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473840-p0004-6

# M. HARTMANNVS DVLICHIVS CANDIDO LECTORI SALVTEM IN CHRISTO.

VIde quam ineptus ſim, Lector iucundiſs. ſed quid aliud eſſe poſsim? nomen meũ ei præpono libro ambitioſus, quod ſuppreſsit is ꝑ modeſtiam qui fœcit: nam ſi uerus eſſem libri huius pater, cũ pedagogus modo ſim, ut qui docuerim eum latina loqui, quã (quæ mea eſt gloriæ auaricia) magnificis hunc adornarem titulis & ſplendidis, nimirũ, aurea cathena, uel cœli fodina, ſiue flos florum, Roſa roſarum, HARTMANNI DVLICHII, ſeptem artiũ liberaliũ magiſtri doctiſs. eximii ſacræ theologiæ ꝓfeſſoris, & ad humilitatem meam oſtentandam adderem, licet indigni. Verũ ut hoc ſubirem muneris, impulit me inſignis libri bonitas, quo & latino inſtructꝰ ſermone erraret in orbe gratior, inſinuaretq; ſe om̃ib. Sunt enim, quos latina magis delectãt, & uernacula, ueluti leuioris mom̃eti, ſordeant. Auſim uero dicere, hoc uix melior alter in his rerum publicarũ turbis editus eſt in publicũ, digniſsimus certe, qui legatur ab omnib. Et ut in fronte appareat quid in receſſu habeat, cogã in anguſtias theſaurum hunc multo maximum hoc in libro ueluti defoſſum. Summa eſt. Idololatriæ origo nata ex philoſophiis, quæ per multiiugas diſſenſiones cooperuerunt ſcripturas, & per Sathanæ fraudes nouos progenuere deos: habet interim occaſum florentis Imperii Romani, utq; Roma rerum domina, ceſſerit in prædam cunctis nationib. utque tãdem per Iuſtinianũ ex ruinis ſit reſtituta, a quo ſimiliter opes eccleſiæ profluxerunt, ad quas ſtatim Euangelii liber clauſus eſt, ex paupertate euangelica proferentib. Ponticib. Ro. capita triplici corona inſignia. Inde ſtatim ſubſequitur quib. iniciis primatus Ro. Papæ cœperit, utque potentia eiuſdem inclytum orbis Imperium a

Roma in Gallias ſit deuolutũ:& poſtremo quemadmodũ
artib. cuiuſdam Pontificis ex nobiliſs. ducum Saxoniæ do
mo a Gallis ad Germanos ſit traductũ, ubi orta ſunt co-
micia eligendi Ro. regem per ſeptem principes Germano-
rum electores. Poſtq̃ igit̃ Roma ſubtraxiſſet colla Cæſareo
iugo, quod timebant Papæ, extemplo in regna mũdi irru-
perunt, eccleſiæ opib. inſtructi Pontifices, corripientes in
utranq; manũ pro gladio ſpiritus ferrum ſanguinis, unde
eſt nefaria natiuitas iuris Canonici (o bone deus) quã pa
rum canonica. Quid multis? intelliges planiſsime ortum
progreſſum, dominatum, iſtius purpuratæ meretricis tenẽ
tis uſque dum in manib. auream pateram blaſphemiarũ
dei plenã, qua inebriat omnes homines: uidebis etiam ut
ſub titulo ſanctorũ patrum orbis Tyrannidẽ occuparint,
quos magna certe iniuria uocamus monachos, uel quod
in mundo non ſint, quũ nuſq̃ ſit mundus; hoc eſt, Inuidia,
Auaricia, & eius generis monſtra quam in monaſteriis uio
lentior, uel quia ſoli ſint, quum ſe om̃ib. mũdi artub. tanq̃
peſtilẽtes uenæ ſic potẽter inſinuarint, ut terrori ſint om̃ib.
Cæſarib. & principib. tum his cunctis potentiori Ro. Ponti
fici, qui ſe hiſce circumſepſit ſatellitib. ut pro ipſo habeat̃
a nobis Chriſto. Depræhẽdes porro monachorũ ſceleratas
artes, ꝓdigioſos habitus, unde ſint & tam multa nominũ
millia, quid ſibi uelit Thomæ colũba, Dominici ſtella, Fran
ciſci uulnera, ordinum diuerſitates & uicia notant̃. Epiſco
porum, Abbatum officia, ſacerdotũ, præſertim magnorũ
Canonicorũ, pompæ, ritus, abuſus. Adhoc iudicant̃ hic Ce
ræmoniæ & exponunt̃: quid mali in his ſit, decerpit̃, quid
uero boni monſtrat̃. Breuiter, relligiones & Chriſtianiſmꝰ
hic noſter ita cenſent̃, ut poſsis fucũ cõprehẽdere. Prætereo
prudens multa, ne prologũ texam, quem quis longiorem
poſſet cauillari, quam ſit tota fabula, quod mirabile ſit to-
tius narrationis hic cõpendiũ, ex ſuis deriuatũ fontib. per
pulcherrimã hiſtoriarũ ſeriem cuncta deducẽs adeo libere,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473840-p0006-7

prudenter & aperte, ut autor ipſe (quiſquis ſit) poſsit haberi ueluti Brutus quiſpiam, qui libertatē Chriſtianā per Tirannicas leges obſeſſam, & in Iudaiſmū quendā deformatam aſſereret. In altera parte libri ( nā prædicta ſunt in prima ) oſtendit quid ſit Deus & uerbum eius, ut perueniat in cognitionē utriuſq;, quid ſit Fides, Spes, Charitas, unde noſtra nobis ſalꝰ ſit petēda, & interim multo pulcherrima in medium proponit conſilia, quib. laboranti ex ſuperſtitionib. Chriſtianiſmo poſsit ſuccurri, ipſam proponit nobis ueritatem, ut eſt, ſimplicisſimam. Proinde uolui & ſimilē eius in tranſlatione hac oratōnē, nō quæ fuco & colorib. in ſpecum quæſitis uenditaret ſeſe. Verbum uerbo reddidi fere, ut oratio contineret ſe intra ſuæ originis alueos, nihil ripas effluens, & ne quid de meo panno nude ueritati aſsuerem uel abrumperem. Non eſt igitur quod te offendat, optime lector, nō bene in ſuas periodos cadētia, uel interdū hiulca, quum hæc non ſpectarim, quam eloquenter uerterē hunc librum, ſed quam fideliter: cum tam egregie pius ſit & doctus, ut quāuis eccleſiæ columnā, quas uocamus, non poſsit pudere huius libelli, quem utinam orbis non tantū legeret, ſed etiam animo imprimeret, quæ habet, & ad eius conſilia publicum ſtatum cōponeret, & nihil eſſet, quod nos noſtri temporis adeo pœniteret. Scribūt indocti doctiq; poemata paſsim, uariis moti adfectib. ſed quæ tam ſapienter & libere rem ipſam dicerent, ut uel aduerſarii cogant fateri ſic ſeſe habere omnia, nondum uidi, mundus magnis cōcutit tumultib. ut propemodū ignores quo tete uertas, per hoc quod pro Idolis redditur nobis ipſe Chriſtus, pro lege gratia, pro carne, ſpiritus, pro ceræmoniis uetus dei cultus, pro operib. craſsis uera dei opera, quæ ſunt credere in eū, quē miſit pater, ut eſt Ioannis. vi. Quæ omnia nos omnes non poſſumus capere, & inde tanta ſunt diſsidia. Iam hoc lecto libro certe intelliges, quid ſpectare debeas, quid credere, cui inniti, ut plane pro regula quadam Leſbia tibi ſit, ad quam



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473840-p0007-2

in tantis turbis animũ dirigas. Monſtrat enim tibi Chriſtũ & uerbum eius, in cuius gloriam & uictoriã cedat quicqd ſcribit: reliqua quid aliud ſunt quã inanes ſine mente ſoni nugæq; canoræ, ſtudiũ multorũ, qui nunc ſcribunt, laudo ambitõnem & gloriæ famẽ execror, præſertim, qui ſic recta oppugnãt Euangeliũ, quod certe per dei gratiam fortiſsimos habet duces, & q̃ſi quoſdã Annibales, quũ Romanarũ partiũ multi ſint Sempronii, Flamminii, & Varrones, temeritate & inſtitia his om̃ib. ſuperiores. Chriſti ſit iudiciũ. Bene uale Lector, & reſpice: tibi em̃ ludit. Vuittembergæ. xxiiii. Februarii. Anno. xxii.

τέλος.

# DE PRISCO ET NOVITIO DEO, FIDE, DOC⸗ TRINAQVE VETERI ET NOVA.

## PRAEFATIO.

GRatia & fortitudo dñi ſit omĩbus in Chriſto Chriſtianis, ſeductis & errantibus in uiã rectã redit9, occecatis & induratis corde Phariſæis, Rabinis, præmonitõ Iudicii terribilis, inditiũ imméſæ bonitatis dei in Chriſto Ieſu Amen.

Quãdoqdẽ demiſſus e cœlo gladius ( de quo dñs Mathei. x. loquif ) noſtro ſeculo renouarit ſe, deq; latebris uaginæ qua latuit (hoc eſt ex hũana ſapiẽtia, traditionib9, Ceræmoniis, perſonata ſanctitate ) de repente liber & nudus, & tñ præ pul⸗ ueribus & longo carceris ſitu nõnihil obſcurus, rubigineq; cõ⸗ tracta decolor. Ieſus Chriſtus miſeratus hanc eius gladii ſor⸗ tem, quẽ iam olim Paulo cũ Apoſtolis ad inuicta Principũ ſceptra, tenebrarũq; imperia expugnãda crediderat, denuo eundem ſcriptis & electis ſuis ducibus cõmẽdauit: quo ſtricto & exẽpto ad initiũ ſtatim cultus & cõtractarũ macularũ po⸗ lituræ, ſubito erumpũt, offũdũtq; ſe omĩs gñis nebulæ. Mũdi ſapientũ, ſuperborũ potentiũ, auarorũ, ſeruorũ libidinis, mẽ⸗ titæ religionis, & demon ipſe, qui iterũ territus, ſibiq; timẽs, affectat ueterẽ pacis malignitatẽ, tranquillã potẽtiæ ſuæ ſedẽ in hypocriſi, circũſpectat per legatos, per partes, ꝑ amicitias ſuas pro auxiliaribus: quãobrem occulti aperiunf nũc the⸗ ſauri. Id eſt, cum ante aliquot centũ annos reges, principes, reguli, ciuitates, diuites, liberalia dona ad dei cultum Eccle⸗ ſias, monaſteria, ſacerdotia, prouintias, arces, pagos, decimas immunitates &c. uſq; dum cõtulerint, opinati eximiã ex eo ad deũ redire reuerẽtiam, quæ nũc Eccleſiarũ bona filiis re⸗ gum & Principũ eo permittunf cõſilio, ut & harũ partium ſint, quæq; etiã ſtipendii loco peſtilẽtibus ex Aegipto muſcis locuſtiſq; pẽdunf: hac ratiõe ſuæ, ut credunt, uaginæ terribile ferrũ reddituri, & ueterem noſtrã cõſecuturi pacem. Verum fulgor igniti gladii oculos mĺroꝝ cordiũ adeo penetrauit, ut turba ꝓpemodũ in omni terra orta ſit, filio cõtra patrem

in ſurgēte filia in matrē, totaq; tumultuāte pre diſcordia do
mo. Ad hæc Eccleſiarū Collegiis, Monaſterioꝝ partibus exi
mie doctis & ſapiētibus tanq̄ uoce capti obmuteſcētibus, ſim
plex & indoctū uulgus, ꝓfunda & admirabilia dei ſcrutaꝛ, &
loquiꝛ in uarias uias ultro citroq;: unde natū eſt apd̓ multos
ꝓuerbium: Ego ſto a ueteri deo fide & doctrina: credā ſicuti
parētes mei: uultq; unaquæq; partiū alterā erroris ream age-
re, ſe iuſtificare, iuſtū oſtendere. Quibꝰ omībꝰ cōpulſus ego ut
ſignificarē breuiter q̄d ſit uel priſcus, uel nouitius deus, perq;
ſanctarū ſcripturarū & hiſtoriæ curriculū huiuſmodi q̄ſtioni
bus & diſcordiis inſtitutionē adhiberē cōmunē, undeq̄libet
facilis ingenii ꝓximius reſipiſceret, utq; cōtentionū & falſæ
multiiugi cultus dei intelligētiæ nemo ſe multū obligaret,
ut irritū & uiciatū, dānoſum, nullius prætii, a ſua luce remo
tum, quoue recta diuinā ſequeremur ſcripturā, ad eamq; ceu
ad regulā dirigeremus nos noſtraq; omīa, excuteremꝰ earun
dem nucleū, paleas & tegumēta uento cōmittētes. Iā in hoc
libro a primo quaſi fonte deriuatur noſtrū in hac lachryma
rum ualle exiliū, cœcitas, malignitas peccati ex Adami icre-
dulitate in nobis enata, ex q̄ tanq̄ radice oīs Idololatria ſuc-
creuit. Porro per hiſtorias omīgenæ ſuperſtitiōis in cultu fal
ſorū deorū ip̄a narraꝛ origo, unde nomē dei occuparint Lu
cifer, Belus, Pallas, Iuno, Venus, Saturnus, Iuppiter. Deinde
a Chriſti natiuitate Iudæorū cœcitas, Philoſophoꝝ ipietas
Hereticorū peruerſa ſcripturaꝝ notaꝛ intelligētia. Poſtremo
ut per demonū impoſturā elata ſit ultra deū creatura, quā
nunc Papā dicimus, decretis etiam diuinis eidē honoribus ꝑ
peſtilētiſsimū adulatoꝝ, ſub quo meret, exercitū a quo Papa
tanq̄ capite abuſæ poteſtatis, errorū multitudo deſcendit in
totū totius mūdi corpus, Chriſto ꝓpemodū ita antiq̄to &
extincto, ut ignotior pene ſit nobis quouis hoſpite. Templis
Romæ, ut iam olim ſub demonibus, apertis uariis ceræmo-
niis inſolenti & mirabili dei cultu, q̄ finē uarietatis nō habet.
Id quod ſub cōſpectu eſt, ut omīa cōfirmet & ꝓferat, dānet, iu
dicet Roma, ut q̄s nō immerito ſub iudiciū uocare poſſit,
num nā is ſit q̄ nūc regnat Romæ Antichriſtꝰ, an aliꝰ q̄ſpiā

expectãdus, cum ſic iſtius omĩa & doctrina & uita a Chriſti uehementer diſsideat, q ipſe cũ Apoſtolis nõ ſic nec docuit, nec talia in uſu habuit. Prohibuerũt autẽ, maledixerunt etiã doctrinæ tali & ritibus.

## LIBER PRIMVS.

A B initio mũdi ꝗprimũ rationales creaturæ uitã acceperĩt, ſtatim diſceſsionẽ factam angelica in cœlis natura argumẽto eſt: pars em̃ deũ ſeq̃baẽ, pars defœcit, formãtes nouiciũ ſibi deũ Luciferũ. Homo in terris (nam ex Adam Abel Cayn uiæ ſtatim diſſectæ eruperũt, quas om̃es ingreſſi poſteri uſq; dum calcãt, & ſic ibũt in diem expeditiõis ſæculi) exqſiuit ſublimia lõge lateq; geſta i libro Geneſis, perq; Biblia. Iam ſi in manus accipim9 uetuſtiſsimos hiſtoriographos, ſicuti Manethonẽ apd̃ Aegiptios, Beroſum Chaldeorũ, Mochũ & Eſtium Syroꝝ, Hiſiodũ, Ioſephũq; Iudæorum, Romanoꝝ Titum Liuiũ, tũ certiſsima uerisſimaq; depræhẽdimus uestigía, om̃es omniũ temporũ homíes ut in alíis, tum maxime in dei ueneratione admirabiles extitiſſe, diſcordes & pertinaciter uarios, ita ut q̃uis terra & regio ꝓpriũ ſibi & nouũ, & ínauditũ finxerit deũ. Cauſa prima tam multipliciũ deorũ fuit incredulitas primi parẽtis Adæ. Nã poſteaq̃ æternus uerusq; deus ſe Adam aperuerat, iſq; parũ credidiſſet uerbo dei, iccirco in occaſionẽ uenit præcipitis lapſus in ĩnobediẽtiã: interim em̃ cũ deũ per fidẽ nõ timeret, ſua inueſtigauit, ut cõſequereẽ ſcientiã & cognitionem boni & mali, in fiducia futurũ, ut ſimilis deo fieret, tum ſubito reiecit eum dñs deus, ut incredulũ, ut mãdato nõ obtẽperantẽ. Inde diffidentia & petulãtia, temeritasq; terras Adam, ex qbus miſeri ꝓpimus om̃es, occupauit, eamq; naturã cuncti ex ſinu Euæ matris ſuxim9 tanta uĩ, ut om̃es homines cõmuni ꝓgreſſu in diffidentia gignamur, ſicut docet ad Ro. Paulus. Proinde, ut mea fert opinio, originale pct̃m nihil aliud eſt quã incredulitas, & aduerſus deũ recalcitratio quæ nobiſcũ in terras naſciẽ. Inde uictimarũ oblatiões in lege naturæ, circũciſio in lege Moſaica, baptiſm9 in grã, ſunt oppoſita fidei in deũ ſigna, in qbus hoĩes ad fidẽ ꝯfidenter ſe

exercuerũt, ad inditiũ interni hoĩs, obediẽtis fidẽtiſq; uerbis & ꝓmiſsionib⁹ dei. Signũ eñ ſine fide uanũ eſt & inutile. Cũ uero in mentẽ nobis uenit ſignũ fidei, impreſſum nobis in inuocatiõe nominis dei, tum debem⁹ ꝑpetuo occaſionẽ arripere, immẽſæ gratiæ dei nobis collatæ, benigniſſimis ꝓmiſſionibus, ex intimo cordis deſyderio fidẽ dare, & grãs agere. Nam maximũ eſt oĩm ſacrificiorũ, recta Chriſtianaq; fides, quã ubi exercueris, facis qdẽ utile op⁹, nec otio marceſcis, ut quidã cœci fatiũt. Si Adã uere credidiſſet uerbo dei, ineternũ non lapſus fuiſſet, in quẽ iuſtitia diuina merito perſecuta eſt grauiſsima pœna, eam peruerſam parẽtis noſtri diffidentiæ naturã, inobediẽtiæq;, oẽs filii tanq̃ hereditatẽ per manus accepimus, ita ut cõmũiter duce natura in oĩb⁹ nr̃i amore teneamur, noſtra quærim⁹, extollim⁹, præponimus cunctis, ex nobis ueluti deũ quẽpiã formamus. Sic Cayn ſe fratri ſuo

Origo Idololatriæ. Prim⁹ grad⁹

Abel prætulit, extruxitq; urbem primã Enoch, ſeq; metipm̃ regẽ creauit. Sic elatus animi Nimbrot ſuperbũ Babyloniæ regnũ cœpit extruere. Sicq; rex Aſsiriorũ Sen Abrahã auus primũ edificauit Idololatriæ templũ, hoĩes loco numinis uenerãdos ꝓponẽs. Non multo poſt rex Belus Nimbrot filius ubi ſeptuagita q̃nq; annos Babiloniã, totamq; ſumma pace Aſsiriam adminiſtraſſet, Ninus Beli, aurã captans popularẽ, gloriãq;, parentis ſimulachrũ faberrime cœlatũ in alta colũna in mediũ ſtatuit forũ, Aſylũ quoddã illud ꝓnuntians, ut qcũq; qbuſuis facinorib⁹ rei, ad imaginẽ ꝓfugiſſent, intacti & liberati eſſent, in quã ſe ſtatim uetus inſinuauit ſerpẽs Lucifer, oracula reddẽs hominib⁹, unde Aſſiriis & Babyloniæ, no

Beel primus nouiti⁹ deus.

uus eſt natus deus Beel, a morte Nini uenit prorſus in uſum Beel, tẽporiſq; ſucceſſu abiit Beel in uerũ antiquũq; deũ, q deĩceps in Babylonia ſeſqmille annis quouſq; regnũ illud ſuꝑbum ſteterat permanſit. Pallas, Iuno, Venus, Paridi Priami

Tres Paridis deæ.

Troiani filio per quietẽ obuerſabant̃ tanq̃ iudici, cui formæ uictoriã cederet. quarũ miro captus amore iuuenis adeo, ut & inde earundẽ imagines in tẽpla uenerint, & ipſæ per ſerpẽ

Saturnus.

tis fraudẽ loquaces ſtatuæ deæ habitæ ſint. Saturnus induſtrius & bon⁹ agricola, eam ſibi apud hoĩes laudẽ peperit, ut

quem uiuum regem habuerant, mortui imaginē ceu terræ
deum uenerati ſunt. Huius gnatꝰ Iuppiter in Creta, in alia ꝓ
cliuis, ambitõſꝰ, ſcortator, ꝓ honore ſummo aucupādo mul Iuppiter.
tum ꝓfudit auri, eximiaqꝫ mūera, maxīe in captādis egregia
forma puellis, quibus uariā multiplici ueſtitu formā mētitus
inſidiatus eſt, ex qua arte Ouidius anſam cõpræhendit ſuā
ſcribendi Methamorphoſim, defunctuſqꝫ uita & ipſe nomē
dei tenuit, & una cū homībus deus ꝯſenuit. Ita poſſumꝰ oēs Cauſa oīm idolorum.
cœcæ uetuſtatis deos cõmemorare. Nam qcquid erat inſig-
nium uirorū uel rex ut Belus, auarus ut Saturnꝰ, ambitioſus
ut Iuppiter, tyrānus ſanguinarius ut Mars, ingenioſus & fa-
cūdus ſicuti Pallas Mercuriuſqꝫ, libidinibꝰ dediti corpore, uo
luptate, uita, ſicuti Venus & Priapus, ebrius & uino ſepultus
ut Bacchus, fatidicus ut Apollo, Venator ſagax quēadmodū
Diana: breuiter qcquid unicū & ſingulare ad uſum morta-
liū repererāt, īde nomē diuinū una cum rebus inuenerūt, ibi
q̄primū huiuſmodi præſtātium uirorū uel regū ſimulachra
loco numinis erecta ſunt, inſeruit ſe Sathan, tumultuās in Impoſtura Sathanæ.
ligno, interim etiā flāmas eructās, uel ſomnia faciēs, ſi ualetu
dinarios ante ſtatuā ponerēt, & uictimas deo cederent, fore
ut priſtinā reciperēt ſanitatē: ea ratione nata ꝓpagataqꝫ eſt
apđ uetuſtatē Idololatria. Deinde in tanto uariorū deorum
quaſi exercitu, pro multa hoim cupidine ꝓfecturus qſpiā
in bella rex aptū negotio ſelegit numen, uelut Martem, ſiue
Bellonā (quēadmodū Romanorū refertum diuis Capitoliū
teſtatur) cui ſacrū faceret, cõſilia uel oracula acciperet. Alius
petens adoleſcētulā uxorē, eamqꝫ formoſulā coluit Venerē:
Agricola auarus frugū, ſuū implorauit Saturnū, ut ægrotꝰ ꝓ
ſanitate Apollinē, ſapiētiæ & prudētiæ (ſicuti Græci) ſtudioſi
Dianā ſiue Pallada, qui ſinguli ſuos habuere flamines & ſa-
cerdotes cū ꝓdigioſis ſtatuis, ceu interpretes cõfabulātes, ad Flamines deorum.
quos ꝓmiſcuū uulgus diuerterat, accepturi inſtitutionē ad
ferendi deo uictimas & mūera: ſicqꝫ una ſuper aliā terrā cultu
diuino ꝓgreſſa, domeſtico diuo fortiori & potētiori uoluit
ꝑcellere. Quare riſit & eluſit ſanctꝰ ꝓpheta Helias deos Baal,
ſuoſqꝫ q̄dringētos ꝓphetas, indeqꝫ ſuperbierīt Ephesini nobi-

| | |
|---|---|
| Dianæ tēplū apd' Epheſios. | liſsimo, & īter mūdi opa admirādo Dianæ tēplo, quæ cauſa fuerūt multis alias ingrediūdi ꝓuintias, ad fruſta deos perdentes, qa bonitate pares dii, a ſeq; ipſis diſsidētes, in mutuā internitionē cōgreſsi ſunt. Atq; hæc durauit ſuperſtitio ad duo millia annorū & ſexaginta duos ante aduētū Ieſu Chriſti dñi nſi. Verū poſteaq̄ dñs & rex gloriæ, dei filius de cœlo ex gremio ſui æterni patris deſcendit ad nos miſeros, cœcos, peccatores, humanam ut carnem indueret, tum iſtis emēti- |
| Chriſt9 Ieſus victor Idololatriæ. | tis & nouis (ſuo tamen tēpore apud homines uelut priſcis) diuis frenū fuit iniectū, ſcopus præfixus, ne porro ſic potēter terræ dñarent', ut cōpleref ſcriptura, Sapiētiæ. xiiii. & Chriſt9 Ieſus docere cœpit humanū genus, uerū æternū ante ſecula ueterem deū, Danielis. vii. agnoſcendū, adorādū in ſpiritu & ueritate, unde multis locis tēpla collapſa ſunt, obmuteſcētibus ad ueritatē Chriſti ſimulachris, euaneſcēte fatidico ſpecuum halitu, inualeſcētibus Chriſtianiſſimi uiribus. Hoc nō |
| Cauſa ꝑſecutionis Chriſtiānorum. | potuit uet9 perferre ſerpēs, quod ſic in cōtemptū tot9 abiret, cōſpirauit itaq;, & locutus eſt flaminib9, ut ex oīb9 locis Chriſtianos fugarēt, opprimerēt, interficerēt, qa ipſi ꝯtra ueterē fidem noua docerēt, a qbus perſuaſi, reges & principes ingētes atq; inhūanas exercuerūt tyrānides, ubicūq; uel mouiſſet ſe Chriſtian9, uitā ſtatim linqre neceſſe habuit, q̄ſiq; parū eſſet mori, intolerabilib9 antea tormētis cruciat9 opinati ſingl'arē ex eo ad deos redire reuerētiā, ampliorē aſpiraturā fortunā. Poſtq̄ uero ſelecti Chriſti milites ꝓbiſsim Chriſtiani Chriſto cōfiderant, aſtitit ipſis p̄ſenti auxilio, operat9 per eos admirabili uirtute admirabilia, ut cōciderēt ſimulachra in nihilū redacta, flaminū & ꝓphetarū impoſturæ ſub cōſpectū cū magna diffamia uenirēt, reges, eorumq; imperia ceu coacta fidei Chriſtianæ ſubiicerent', iam tum uetus ſerpēs, prim9 & nou9 |
| Lucifer prim9 nou9 de9 Verſutia eiuſdem. | deus Lucifer hæc ſecū agitauit cōſilia: Idola & uictimæ decedunt, nomē tuū ludibrio fit, diuini honores oēs, atq; adeo beneuolēs thus eripit' tibi, inueniūda eſt alia uia & ratō, qñ hæc me ꝓdidit, quouſq; Chriſtiani nō multū templis eorundēq; pompis tribuerāt, ut quorū uis in ſcriptura erat poſita, oēs uincebāt ſermone, nemīe eos potēte capere, in tā admirāda |

doctrina: Deum habere filium, iſq; hominis induiſſet carnẽ, poſtea crucifixus, mortuus, in uitã reſurgẽs, utq; fidendũ euã gelio. ad cuius regulã uiuẽdũ nobis, in angore & neceſsitate pacientẽ eſſe, diligere inimicos, illis benefacere, ꝓ illis orare, & id genus alia, quæ flamines regib9 nunq̃ dixerãt, cõtraria aũt ſæpe. Etiã Chriſtiãi ſic integre & cõſtanter ad euangeliũ uixerãt honeſtã, amicam, pacificãq; uitã, ut un9 ex his dixerit Auguſtin9: Euãgelio nõ crederẽ, niſi me eccleſiæ, hoc ẽ Chriſtianorũ, qui ex eo in tã ꝓbabili uita ſuccreuerint, auctoritas cogeret. q̃ſi diceret, q̃ñq̃dẽ tam honeſti, boni, inter ſe amici, iuſti homĩes, ex euãgelica doctrina ꝓueniãt, neceſſe eſt euãgelii doctrinã eſſe uerã & iuſtã. Atq; poſtea ſcelerat9 iſte & mille artiũ prima cogitarat prĩcipia, hoc ẽ fundamẽta Chriſtianæ fidei, has ſecũ rõnes deputãs: fuiſti inter oĩa creata pulcherr. ſapiẽtiſs. nobiliſsima, rõniſq; capaciſſima natura, & uerbo dei & mãdato nõ credidiſti, inobediẽs extitiſti uoci ei9, ꝓpterea de gradu ꝑcipitata es & reiecta. Deĩde & tali uſus argumẽto: Primi hoĩes Adã & Eua, & ipi nõ credẽtes deo, neq; obtẽpãtes in eãdẽ perditiõis uenerẽt ſortẽ, & pariter Cayn & Saul, unde experiẽtia me docet, Quicũq; deo nõ credit, uel quæ ꝓmiſit, uel quæ locutus eſt, & is a deo reiicieẽ atq; perdeẽ: ex q̃bus hic ſequiẽ ad fundamentũ angularis lapis, Nullũ eſſe maius, utilius, acceptius opus, quã ſi in uniuerſum deo credaẽ uerbis & mandato, ſine percũctatione exquiſitioneq; cauſarum, ut capitalis meus hoſtis Eſaias xl. ait. Quis conſiliarius eius fuit? Porro, nunc intelligo ex Apoſtolis, quod Galilæo ſuo prorſus credant, quicquid loquuntur ſcriptura eſt, nihil addunt neq; demunt, permittentes uerba ut ea locutus eſt deus, unde aſsiſtit eis Meſsias, adeo ut nulla Ro. Cæſarũ uis aliquid poſsit. Nã quo plures Chriſtiani per diras, cruciatus, occidũtur, eo alacrius fortiuſq; pugnant pro fide, & docent. Tu haſce imbis rationes, ſicages, probe calles lumbricum hamo præfixum, quo Adam, Eua, Cayn, Nẽbroth, Saul, Hieroboam & ceteri, illecti ſunt & capti, pendebis denuo hamum, qui ſcis quid funiculus hic attraxerit, deuorato cum eſca hamo? Atq; ita uetus nequam ſuam inſtituit

Secũd9 Idololatriæ grad9

piſcaturã, aptum æri cibum prætexens (per hamũ intellige inobediẽtiã, per eſcam incredulitatẽ: qcũq; eñ diffidit, nihil credit) Viſu itaq; cõſecutus eſt quoſdã Iudæos, q Apoſtolorũ obloquebant̃ doctrinæ, ſeductores eos calũniãtes, q popl̃m a lege Moſaica alio traducerẽt, neutiquã ſequendos eſſe, neq; ſic credendũ. Nam quicũq; nõ circũciſus eſſet, & ad Moſis legem uiueret, a ſalute eterna excidiſſet. O q̃ illicẽ eamq; trãſlucidam peſsimus impoſtor ſuppoſuit eſcam: arbitraris ne Iudæos honeſte potuiſſe dicere? Apoſtoli nouitiã tradũt fidem, errores, heræſes, nos uero in ueterẽ deũ Iſrahel, fidẽ, doctrináq; credemus. Ad quod qd reſpondit Paulus? nihil ex philoſophicis diſputãs dixit. Si circũciſi fueritis, tum Chriſt⁹ uobis nõ eſt utilis. O inſenſati, qs faſcinauit uos nõ obedire ueritati? O Paule utinã nũc uiueres. Hac deceptiõis ineſcatione uet⁹ ſerpẽs om̃es mũdi perreptauit anglos, & quocũq; loco Apoſtoli diſcipuliq; p̃dicabãt Euangeliũ, ſubito ſacerdotum principes Phariſæi ꝓruperãt in mediũ, opponentes illis legem Moſaicã, ueterẽ deum Iſrahel, priſcã fidẽ: atq; ubi doctrina ſuccubuerant, ad ꝓbra, & ſeditiones uerberaq; ſpectabãt. quod ex intimo pectore nobilis dux Paul⁹ in. ii. ad Corin. xi. grauiſſime quærit̃, labores, plagas, naufragia, pericula falſos fratres &c. quem locum te oro diligẽter excutias, & ex animo dolebis, tantos ſ. Pauli labores tanta acceptos ĩgratitudine. hácq; ſceleſtiſsimã incredulitatis ineſcationẽ circũtulit Sathan ad. xlii. ãnos, quouſq; Iudæi in uniuerſum p Titũ & Veſpaſianũ uicti, coactiq; ſunt, patriũ ſolum exilio uertere, & uſq; dum prælatã captãtes perditiõis eſcam, qua, ꝓh dolor

Terti⁹ grad⁹ in perpetuũ ſtrãgulabũtur. Cœterũ poſtq̃ eſca adeo uulgata eſt & agnita, ut ad hamũ hoĩes cauti nõ amplius impingerẽt, cõtemnẽtes eius gñis cibos, alterius coloris hamo præfixit, nempe potentiã Cæſarũ regũq;, ut ſupra docuimus, ſecũdũ quod paræmia eſt: Verba ubi nihil poſſunt, ꝓuocandũ eſt ad uerbera. At quãto crudeli⁹ tyrãnis principũ cõmota eſt, tanto magis Chriſtiana fides roborata radices egit. Præterea cõmẽ

Quartus. tus eſt intra ſe ſceleratus, nõ ſic ꝓcedit, genus hoĩm eſt cõſtãs, forte, ueſtigio inſiſtens, alia ſunt amplectenda ꝯſilia. Iudæis

tyrãniſq; nihil ꝓmoues, accipe ad partes flaminũ diſcipulos qui erant philoſophi, multa quondã edocti ab illis, atq; pri- mum negotio idoneos ꝓſpexit Græcos, ut Athenieſes in Beotia, Corīthia, Achaia, iſti inſurrexerãt Chriſtianis, cachinno excipiẽtes, quod de natiuitate morteq; Chriſti cõmemorauerant, ꝓferentes ex philoſophis argumẽta Ariſtotelica, Socratica, Pythagorica ſeptẽq; Grætiæ ſapiẽtũ, colligebãtq; artifici uehemẽter demonſtratiõe, non poſſe fieri, mortu9 homo in uitam ut redeat, & ſimilia, quæcũq; de fide Chriſtiani ꝓpoſuiſſent, occurrebãt Græci ſemp philoſophia ſubtiliter admodum & prudẽter, ut & Paulus cõmotus ſit Corin. in. i. cap. i. ut diceret, Nos aũt prædicam9 Chriſtũ crucifixũ, Iudæis quidẽ offendiculũ, Græcis uero ſtultitiã. Attamẽ cum euãgelicã doctrinã ſigna ſequebant̃, credebãt tandẽ euangelio, & ea inter Chriſtianos & philoſophos diſceptatio poſt Chriſtum ad trecentos durauit annos, oportuit tñ ( ut ad mundũ loquamur ) Chriſtianos obnoxios eſſe, & anguſti9 ſua ꝯtrahere, nã cõtemptus & negligẽtia eorũ ut umbra corpus, ſequebat̃ eos per exilia, tormẽta, perſecutiões, mortes. Verũ hiſce trecentis annis eccleſia Chriſtianorũ nec ſtetit unq̃ uel melius uel fœlici9, qb9, a natiuitate Chriſti trecẽteſimo undecio anno. Cõſtantinus uir bonus & nobilis, religionis diuinæ amãs, ſucceſſit, qui cum arma cõmiſſurus in tyrãnũ Maxentiũ eſſet Chriſtianorũ carnificẽ, bonorũ tortorẽ, necromãticum, cædis & perditionis etiã charorũ auctorẽ, atq; eius belli cura præmeretur, per quietẽ obuenit ei inſomniũ ſiue uiſum cõflict9 erga Maxentiũ, atq; interim in cœlo apparuit ei aurea crux orientem uerſus ſpectãs, & interrogãti, quale nam hoc ſignũ eſſet: increbuit auribus uox clara cœlit9 demiſſa: Cõſtãtine in hoc ſigno uinces: euigilauit aũt cõtemplabũdus qd nã hoc eſſet imaginis: illuceſcẽte die ſuorũ coegit purpuratorũ ſenatũ, ex quibus intellexit, Chriſtianorũ eſſe ſignũ crucẽ, quos etiã accerſierat poſtea, declamãtes ml̃tis de ſancta cruce Chriſtianaq; fide, tum ita Cõſtantinus Cæſar uerba fœcit, Si fœliciter in Maxẽtiũ Cæſarẽ ſucceſſerit, & ipſe ego Chriſtian9 ero. Atq; ita quaſi armauit ſe ſuoſq; ſancta Chriſti cruce, & congreſſus Cõſtantinus

Maxentio fortiſsime uicit, fœliciſsimeq; triumphauit, cumq;
pro more Romani Cõſtantino magnifica triũphalia decer-
nerent, non mihi ſed Chriſto debent̃ reſpondit. Erexit itaq;
ualde nobilẽ crucẽ, baptiſat9 eſt, abiit in Chriſtianũ. Hic Ro.
hiſtoria diſt. xcvi. Cõſtantinus, narrat donatõnem a cæſare
factam quarto baptiſmi die, cum Hieronymus in tripartita
teſtetur, Cõſtantinũ ad ultimũ uitæ primũ ſacroſancto tin-
ctum lauacro, nec (ut iſti dicũt) Romæ, ſed Nicomediæ, quæ
parum inter ſe ꝯſentiũt. Pontifitiũ ius hoc loco egregie mul
tas ementit̃ donationes factas magna uanitate põtifici Ro.
orbis terrarũ ius permiſſum, ſubiectam regiã maieſtatẽ &c.
Quæ omnia nullã ex teſtamẽto Cõſtãtini accipiũt ſpeciem
uel colorem. Hic eñ ut pater Conſtãtinus Romana tenuit
ſceptra, & a Conſtantio Iulianus &c. hoc ueꝝ eſt. poteſtatem
fœcit Chr̃ianis extruẽdi tẽpla, magnificis eadẽ ornauit dona
riis, ꝑdicãdi Euãgeliũ ĩ om̃i loco libertatẽ ꝯceſsit: nõ ãt ul̃ Ro
mã dedit, ul̃ quẽuis aliã ꝓuintiã ul̃ gẽtẽ. Vet9 ſerpẽs denuo ad
Conſilia Sa-
thanæ.
ueteres r̃currit artes, ĩſtruxit artificẽ ad hamũ eſcã, ita rõnat9
Nunq̃ uſu uenit Romãorũ cæſarẽ a tuo defœciſſe ductu, au-
ſpitiis, ueneratiõe, ſimulachra deoꝝ in capitolio collabunt̃,
calcant̃ pedib9, occludunt̃ & ꝯcidũt templa, ſic facies, fretus
ph̃orũ auxilio, in ſcripturarũ agrum falſum ſeminabis ſemẽ,
Ex philoſo-
phia hæreſes.
peruerſam intelligentiã, ita, ut in partes Chriſtianorũ unitas
dirũpatur, indeq; eorũ fides incipiet labaſcere, deficere, ſuſpe
cta fieri, & tum tui rurſus aſſurgent diui, Atq; ita ſuppoſitũ cũ
eſca hamũ qdã Chriſtiãoꝝ ſacerdos Arrius deuorauit, græcu-
Arrius.
lus in Alexãdria Aegypti, ubi incidit ĩ locũ Ioan. c. xiiii. Pater
maior me eſt: arripuit occaſionẽ docendi in ſacroſancta tri-
nitate differentim, patrẽ eſſe omniũ maximũ atq; potentiſ
ſimũ, ꝓximo loco ſtare filiũ, ſed minorẽ patre: ſubſeq poſtre
mo ſpiritũ ſanctũ in triade hac minimũ. Arrigite aures, o Chri-
ſtiani, quã plen9 ſit admirabiliũ fraudũ uetus ſerpens, qbus
angularẽ ueræ fidei Chriſtianæ lapidẽ infringeret, quo pacto
om̃ia ab initio mũdi eo cõpoſuerit cõſilio, ut deo nec crede-
remus, nec fideremus. Arri qd nõ & illud legiſti Ioan. x: Ego
& pater unum ſumus: & ſimiliter quando locutus Philippo,

Qui uidit me, uidet patrẽ, Quid uero aliud ſacerdotem cir-
cumuenit Arrium, quam philoſophiæ? quando uoluit ex
Ariſtotele ſacrã ſcripturã metiri & cenſere, quẽadmodũ uel
hiſce temporibus (proh) q̃nimiũ multi faciunt. Hic Arrius
magnũ poſt ſe traxit ſectatorum gregem, qui pro nouo tol-
lebãt eum deo per doctrinã. Nã quæ docuerat philoſophiæ
multis firmabat demonſtrationibus & exemplis. Tum uero
Leuiathan uetus calcabat roſas, poſtq̃ bene hoc inuentum
ꝓceſſerat, ut ipſi inter ſe diſsidebant Chriſtiani. Nam & Cõ-
ſtantius cõſenſit Arrio, multi item inſignes epiſcopi, ut Eu-
ſebius in Nicomedia minoris Aſiæ: in ea enim & Morea &
Achaia & Macedonia omnes ferme Philoſophi ſunt orti,
regnantes ibidem in ſcholis multis annis, a temporibus uſq;
Daridis Aſsyriæ & Medorũ regis, hiq; nihil aliud credebant,
niſi quod ratio præſcripſerat. Per quæ tempora bonus & do-
ctus in epiſcopum Alexandriæ euectus eſt Athanaſius, is hoc Athanaſius.
ſibi ſumpſerat, ut Conſtantio ueritatẽ monſtraret, Sed quæ
tũ habuit negotia uet⁹ Leuiathan? quas technas ſtruxerat?
quoſdã ſubornauit ſycophantas, q bonũ & doctum Athana
ſium Cæſari Cõſtãtio ſic mendaciter detulerãt, ut extra gra-
tiam eius adeo eſſet, ut & inſidias uitæ Athanaſii multo tem
pore poneret, cuius innocentiã exitus aperuit. Nam Arrius
infami morte paulo poſt periit, inteſtinis in receſſum fœde
prolabẽtibus in Nycena ſynodo, ſicut pulcherrime poſtea
Athanaſius apud treuiros aperte in pſalmũ, Quicunq;, & ex-
preſsit & memoriæ prodidit. Cum itaq; uetus Draco hunc
attraxiſset hamo pendulũ piſcem, præſeruauit capturæ eſcã Origo hære-ſum.
quod multam cõſpexerat Arrianoꝝ turbam, quæ aliud atq;
aliud e ſcriptura uerbum decerpens ſuo illud Philoſophiarũ
iure cõdiuit, fuco obduxit, hamoq; ꝑfigens, multos inutiles
cœpit piſces, ad uas ſalutis nihil ꝑtinẽtes, ut Macedoniũ, Ne-
ſtoriũ, Euriten, Simonen, Valẽtianũ, Donatũ &c. ꝓgreſſu tẽ
poris, hmõi ĩutiliũ piſciũ ad ſexagita octo, tãq̃ priæ capturæ,
eſcã cũ hamo abſorpſerẽt. Iñ tãta ſũt ĩ Chriſtiãis orta diſsidia,
ut ſctis pr̃ib⁹ & epĩs ſumm⁹ incubuerit labor diſputãdi & ſcri
bẽdi ꝯtra errores, ut Anaſtaſio, Euſebio, Hilario, Cyrillo, Da-

maſcéo, Ambroſio. Hieronymo, Auguſtio &c. hæc diſſenſio & diuerſa ſcripturarū intelligentia in locis qbuſdā ad octingentos occupauit annos. & quicūq; nouorū deorū, nouæq; fidei querit ueſtigia nomiatim, legat Decretales. xxiiii. q. iii. quidā, In huiuſmodi diſputatōib9 anſa oblata eſt bonis & uenerādis patribus, per argutas philoſophiæ obiectiones, arma qualiacūq; manibus corripere in aduerſum ꝓiecta, etiāſi aliqñ ſacræ ſcripturæ difformia, qñ tñ dolēter & ex ſyncero pugnarint animo, permiſſa fuit illis retractatio, qđ ſatis illorū monumēta teſtanť, quare non imprudēter dixit Auguſtin9 Alios autē ita lego, ut quātalibet ſanctitate doctriaq; præpolleant, non ideo uerū putem, quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi uel per illos auctores canonicos, uel ꝓbabili ratione qđ a uero nō abhorreat perſuadere potuerūt, ſceleſtus Lucifer perpetuo cœleſtē ſitiens honorē, ultro citroq; cogitauit, oēm mouit lapidē, in omnē Chriſtianorū ſtatū defixus, atq; anio intentus, aduertit Cæſares inter ſe, & alias ꝓuintias belligerātes, per quæ aliqñ rurſus a Chriſti defœcerāt fide, poterātq; parum ſacris intēdere literis. quibus aūt epiſcopi ſtudebāt, cœteris neglectis in paupertate p̄dicāres euangeliū, nec tū aliud Romæ erat epiſcop9, quā paſtor, nō ut nūc rex & dñs, & ſimiliter in aliis quoq; urbibus epiſcopi Paſtorū fungebātur officio, non mūdi tenebāt ſceptra, ſua curabāt, docebāt populū regnū dei, ꝯſolando, pauperes fouebāt. Nam tum a populo pendebanť illis neceſſaria, & pecunia in egenos partiēda, exēmplo apoſtolico: optimatibus uero & magnis iſtis ſatrapis multis erant iniuriis & erūnis obnoxii, ſubmiſerāt aūt ſe, tolerātes aduerſa ꝓpter nomē dñi. At cōmūis populus magna fidelitate mutuo cōſolātes ſe, ut quæq; erāt trāqllima eo cōueniebāt, ueluti in Aegipto, ubi ſ. Antoni9 mľtos Chriſto lucrifœcit diſcipulos, adeo cōdēſante ſe Chriſtianorū examie. ut aliquot milia cœleſtis p̄hiæ, hoc eſt euāgelii uitā indidem uixerint, in mortificatiōe carnis, ut teſtať dinus Hieronym9

*Officia priſcorū pontificū.*

¶ In illis tēporibus a natiuitate Chriſti. anno. cccc. lxxvi. & deinceps, Cæſaribus bella gerētib9 ( nam ex fato finis inſtiterat Romano imperio ) eorūdē familiæ eradicabanť, eratq;

*Occaſus Ro. imperij.*

Romæ præfectꝰ Oreſtes, qui filio ſuo hoc honoris detulerat, ut nō Auguſtus (quæ erat germana Cæſarū nomēclatura) ſed Auguſtulus, quaſi puſillus imperii auctor nomīaret. Nā uerus Ro. cæſar Occidētalis plagæ, hoc ē Romæ, Italiæ, Galliæ, Germaniæ imperator regno pulſus, inq; locū eius Iſaurꝰ Cōſtantinopolitanꝰ cæſar Oreſtem Patritiū, Romæ p̃fectū ſuffœcerat, ꝙ ſuū urbi Auguſtulū ſurrogarat, atq; ita nobilis urbs, olim orbis terrarū dn̄a, ſine Cæſare Ro. p̃fecto ſeruierat. Tū inſurrexit poſt terminos Hungariæ, credo ex Vualachia prīceps Odoacer Ruſsus, ꝙ ingēti cōſcripto exercitu Romā recta contendit, cui & ſuis armatus legionibus p̃fectus Oreſtes occurrit, uerū uľ ad magnanimi Odoacri cōſpectū fugæ ſe mādauit, Papiā ſpectans, fugiētiſq; ueſtigia legēs Odoacer Ruſsus urbem oppugnādo cœpit, Oreſtēq; trucidauit, popľabundus deinde per omnē ultro citroq; errans Italiā, cū non inueniret hoſtē, infeſtis ſignis Romā perrexit, ad Ro. regnū gladio euectus, pro libidine adminiſtrās illud, hicq; eſt occaſus imperii Ro. a condita Roma. M.cc.xxix. poſt Chriſtum natum. cccc. lxxv. anno. ut xiiii. annos regnaſſet Romæ Odoacer, inter cæteras ꝓuintias & regiones Romanis tributarias & Gallia erat: cūq; poſt aliqđ annos tributū exigerent Ro. reballabāt Galli, prælio rem cōmittētes, ubi Ro. acie uicti & Gallia, pulſi. ipſi ſibi regē ꝯſtituerūt Pharamundū, atq; eo modo & aliæ antehac Ro. ꝓuintiæ, iā hæc, iam illa, ſuos creauerūt reges, relicta Roma a cuius, obediētiæ iugo, ſe ſenſim ſubtrahēdo ſui erāt dn̄i exuta ſeruitute. Vt enī Odoacer uiolenta manu Romā cœperat, ita ſimiliter illi erepta ē, ut quē trucidarat Theodoricus Gotthorū, ſic inclyta Roma fuit in predā poſita cūctis exteris tyrānis & nationibꝰ, ut nr̄o ſeculo Mediolanū, cui nūc Vngarus, modo Græcus, iā Gottus, paulopoſt Armenius imperitat: qui plus ferro, bombardis, ignibus poteſt in ꝓximis eſt & chariſsimis. Ne litera quidē extaret illis tēporibus Papā appetiuiſſe Romā, uel oppugnaſſe uel alioq bellaſſe. Abdiderat ſe ſe in angulū in paupertate & aduerſitatibꝰ ſuo ſucco uictitās. At poſt Chriſtū incarnatum D.xix. anno, optimus uir Iuſtinus cæſar Gotthus Cōſtanti-

Occaſus occidētalis imp̃ij.

Roma ī predam ceſsit.

nopolim admĩſtrauerat, q̃ ep̄os ex latebris exiliorũ ꝓtractos
magna ꝓſecutus eſt beneuolẽtia, cui poſtea ſucceſsit Iuſtianꝰ

Iuſtinianus.

ex ſorore nepos, tãtus iuſtitiæ amator, ut om̄es Ro. Cæſarum
cõſtitutiões in unũ collectas in ordinẽ digeſſerit, q̃s huc uſq;
ius uocamus Cæſareũ, hic cõſyderãs Ro. Imperii ruinas, recuperatis aliquot ex hoſtibus ꝓuintiis, ꝓlapſum magna ex
parte erexit imperiũ, extruxitq; egregias deo Baſilicas, maxime Cõſtãtinopoli, magnis illas theſauris locupletãs, adiecto
annuo uictu & amictu. Hoc uero ad ſtomachũ fœcerat ep̄orũ
& ſacerdotũ, recipiẽtiũ animũ & lœtitiã, abactis ſollicitudinibꝰ. eaq; tẽpeſtate Ro. ep̄us erat Agapitus, miſſus ad Cæſarẽ
per Theodatũ ꝓ pace ineunda, ſepoſitis diſcordiis, hic tã erat

Gregoriꝰ primus.

ſanctus uir, ut ingrediũti ei Cõſtantinopolitanas portas q̃dã
captus uiſu oculos reciperet: quæ acta ſunt a natiuitate Dñi
D.xxx. anno. Nec tum potuit nouus deus Lucifer ſuas omittere fraudes & ſtrophas. Ad annũ D.lxxx. Gregorius magnꝰ
eius nois primꝰ, creatꝰ eſt Romæ Ep̄s. primo etiã ex Græcis
Cæſare Mauritio Cappadoce, iam bene auctis Ro. pontificis
diuitiis, ꝓtraxit iterũ hamũ uetus ſerpẽs Mauritiũ illectãs, ut
capitaliter Gregorio immineret, & cæteri quoq; in cõtẽptu
magno eſſent ep̄i. Cæterũ cũ perſtaret Cæſar odiſſe ſanctũ
Gregoriũ, ꝓuidẽtia dei ꝑmiſit ultionẽ ut caperet̃ a Foca, qui
percuſſo ſecuri Mauritio regnũ poſtea tenuit. ¶ Hic Gregorius ultimꝰ Ro. Ep̄us fuit calcans martyrũ & Apl̄orũ ueſtigia
uiuẽdo, docẽdoq;. Tametſi aũt a Cõſtãtini regno, ep̄i Ro. de
die in diẽ in diuitiis creuerãt, nec amplíꝰ ita oẽs ad Euãgelii
regulã ſeuere & adamuſsim oẽm uitã exegerãt ut priꝰ, declinãtes ſenſim ab Euãgelio in ceremonias, unã poſt alterã legẽ
ꝓmulgãtes, tñ tolerabiliter cõmutarant ſe uſq; ad Gregoriũ,
poſt quẽ Euãgelii librũ prorſus clauſerũt, irrũpẽtes ſalutationibꝰ principũ curias aperte, ut ſeq̃t̃, Anno domini ccccc.iii.

Quintꝰ gradus Idololatriæ.

Focas obſcuro loco natus, ſed fortis bellator, primum a famulitio erat ꝑfecti Ro. deinde in caſtris Cæſar electꝰ tyrãnꝰ
crudelis, eiꝰ regni anno ſecũdo e uiuis in cõmunẽ locũ abiit
ſanctꝰ pater Gregoriꝰ q̃ttuor ecc̄liæ doctoribꝰ cõnũeratꝰ. Tũ
uero uetus Draco hamũ ſuũ ſplẽdida ornauit eſca, hac arte:

Legittimꝰ Cæſar ſedem tenuit Cõſtãtinopoli,collega nihil-
ominus aſſumpto,qui occidẽtis regnũ ( ut Romã, Italiam,
Frantiã,Germaniã &c. ) occuparet & regeret,iam Cæſare oc
cidentalis plagæ,ut ſupra narrauimꝰ,trucidato,& exacto,ut
Roma unicuiq; ad rapinã eſſet expoſita,diripiẽtibꝰ quæcũq;
poterãt gẽtibus, interim opes Romano acceſſerãt pontifici,
non regiones uel populi, ſed ut fit aliqñ in theſauris pecu-
niarũ. Iccirco cœpit in illo Euãgelii ſpiritus frigere,qđ ſpecie
regni, Conſtãtinopolitanꝰ Epus Romano ſe præferret, cui
ſtatim uetus ſerpens in id inſtructã ante porrexit eſcam ( qui
erat Bonifatius eius nominis tertius ) tali colore. Quid ? uis Bonifatius tertius.
tu in miſeria & cõtemptu perpetuo iacere? Roma terrarũ ca
put eſt,infamiæ tibi eſt, qui non & ipſe epiſcoporũ caput ap-
pelleris,quod maiori iure quam Patriarchæ Cõſtantinopo-
litano tibi cõtingeret,Romanũ dominiũ permutatũ eſt,nec
tu tam humili loco apud Cæſares es,ut maiores tui. Huius ſu
perbiæ hamũ cum eſca ſimul penitus abſorpſit Bonifatius,
ad amicitiã Cæſaris Focæ ꝓfugiẽs, quẽ ſummis precibus fati
gauit,ꝑ priuilegio,ut cæterorũ epõrũ ſummus eſſet Ro. hoc
ẽ Papa, pater patrũ, utq; eccleſia Ro. oĩbus anteferretur, Papæ nomẽ vnde.
quod quãuis egerrime cõcederet, precibus tamen extorſit tã
dem, ut Focas in priuilegiũ conſentiret. Hoc autẽ prudenter
nunc diſſimulant,clamãtes Papam omniũ maximũ,& Ro.
ſuper omnes alias eccleſiam,idq; ex diuina præordinatione
immediate,ut iſti dicunt, diſt. xxii. oĩes. Quare igit Cõſtan
tini donatio ementita eſt, ſecundũ quã epiſcopatꝰ Ro. præ-
celleret oĩes, & regnaret oĩbꝰ: ut in ſuis habent decretis.
diſtin. xcvi. Cõſtantinꝰ. Dicũt de ſuis quicqd uolũt priuile-
giis Romanẽſes,ut qui in ius ſuũ referãt, qcqd in mentẽ uene
rit,ſed cui nemo auſus ſit cõtradicere,niſi uelit terribile illud
heretici nomẽ, ut mãdat diſt. x. xi. & xix. ſic oẽs. Hanc ( ut
dixi ) gl'iæ eſcã uorauit Papa Bonifatiꝰ. At nũ Euãgelio ꝓfor
me ſit,alii ꝓnũtiẽt: & hic hamꝰ oẽs poſteriores attraxit põti-
fices,ut ius ſit,immo diuinũ ius natũ ſub pœna mortal' pcti,
qcũq; ſentiret aliter de ro. põtificis priatu: atq; inde ſctiſsimi
pr̃is Papæ appellatio. Itaq; cũ Cæſaꝝ priuilegiis innocẽtem

ſcripturã: Tu es Petrus: ęquerũt,fabricãtes ſibi ex eis ipſis di‐
uinum ius,O quã robuſtũ idolum,nouuſq; deus tum eſt nat9
Nam hoc cognominis,nulli antehac Ro.epiſcopo℞ obtige
rat. Sed cũ cõtẽptus & paupertatis caminũ,ſic fuit extinctũ
huiuſcemodi fructus,quos uſq; dum uidem9,tulerũt diuitiæ
& ignauũ otiũ.Bonifatius iam tum ſtatim uſurpauit titulũ
papæ Bonifatii eiusnominis tertii pon.max.coegitq; ex reli
quis epis & ſacerdotib9 Romæ cõciliũ, in quo ſanciuit, ut de
inceps papa a ſacerdotib9 & populo electus,eiuſdẽ eſſet uirtu
tis poteſtatiſq;, tãtæq; exiſtimatiõis,ac ſi Cæſarea acceſſiſſet
cõfirmatio, quod decretũ pugnabat in ueterẽ cæſarũ ꝯſuetu
dinẽ & a uctoritatẽ cõfirmãdi epiſcopos, q̃ a prima ſaluta‐
ris aq̃ origĩe uſi erant. Bonifati9 aũt ubi priuilegiũ papã uo
candi ſe,impetraãt,hoc premii loco Cæſari rependit,ut clã
cæſareæ maieſtati ꝓrogatiuæq; detraheret, & a quo per ſup‐
plices uoces tanq̃ a dño & cæſare priuilegiũ primatus obti‐
nuerat, eidẽ dñari & imperare ꝑſumpſit.Quãuis nec ipſe,nec
aliquot poſteri eius aperte decretũ hoc in uſum trahere non
audebant.qm̃ tum tẽporis cæſar præfectũ Romæ patritium
cõſtituerat,cuius ſuffragio & approbatõe papæ creabant.Ita
tñ ſe geſſerãt porro papæ,tanq̃ iure ſuperiores eſſent Cæſari‐
bus,ſine quorũ auxilio quicq̃d poterãt cõfitiebãt, inſtituẽtes
epiſcopos,ut potius obedirẽt papæ q̃ cæſari. Eſt tñ qd̕ ꝯferas
tam immani ſuperbiæ Nã nõ multo poſt occiſo Foca,q tãta
priuilegia uicario Chriſti ſic ſuppliciter oranti ꝯceſſerat,He‐
raclius cæſar creatus eſt,Anno dñi. D. cxii. quo tẽpore uere
Origo fidei Mahometicę nouũ idolũ nouuſq; deus Mahomet Iſmaelita ſurrexit, qui
nouam cõdiderat fidem,qua Turcæ uiuũt.Poſtq̃ prim9 no‐
uus deus Lucifer,cauſam ſuam ita longe ꝓmouerat, ut inter
Chriſtianos cõprehẽderit,qui nomen ſibi ſummi epi, maxi‐
mi omniũ mortaliũ dñi tribueret,placuit & ipſe ſibi, ſic cogi
tans,ꝓgredieris amplius,qñq̃dẽ ſepem ſic perrupiſti, tranſi‐
liiſtiq;,eſcam ueterẽ,ꝓbe dolis illitam obiecit papæ Cõſtatino
poſt natũ Chriſtũ D.clxxxvii.quã auide deglutiẽs a Iuſtinia
no Cæſare, eius nõis tertio ( nõ ex eo q ius cæſariũ condidit)
plura rogauit cõfirmanda priuilegia.Ex qb9 facile intelligit̃

qua ratõne tãta ſuccreuerit ſanctitas. Atq; ita Papæ Romani ſacræ exciderũt ſcripturæ, tanto nomine aſcito, occupato in om̃ibus negotiis principatu, & accubitu primo, cœperũtq; fœdera & amicitias principibus Cæſaribuſq; iũgere, didicerũtq; eorundẽ curias ſalutare, inuoluẽtes ſe om̃ib9 cauſis, negotiiſq; hinc inde tractãdis, creſcẽtes etiã pulcherrime in poſſeſsionibus & diuitiis: quæ ratio uiuendi pontificũ uſq; in cẽteſimũ durauit annũ. Sceleratus dæmon cœpit gaudiũ magnũ, ſuas tam magnifice ꝓcedere artes. Nam paulopoſt ad numerum ãni. D. cc. xViii. Cæſar Leo terti9, Syr9, depoſito p̃riarcha Cõſtãtinopolitano Germano ſuffœcit Anaſtaſiũ: tũ papa Gregorius tertius ꝓrupit, Cæſariq; ſcripſit, ut priſtino honori germanũ redderet. Quod cum nollet Leo, Gregorius ad ueteris ſerpentis cõſiliũ, auctor fuit toti Italiæ, ut a Cæſare deficeret (ſed nõ ad exemplũ ueterũ pontificũ in cõtemptu uiuẽtiũ) quem etiã anathemate percuſsit, eo cõſilio, ut belligerãtibus inter ſe Cæſaribus, imperiũ ei cederet, qm̃ magni eſſet nom̃is apud principes. Vetus ſerpens nihil cũctatus, illeuit eſcã cum hamo ut ſtillaret. Nam hoc ſibi negotii ſumpſerat, Chriſti fidem, ſi non ſupprimeret, inuolueret tñ, quocũq; poſsit mõ, ſuggeſsit papæ hoc cõſilii: Quãdoq dẽ legitimũ Ro. imperiũ interciderit, & quiuis ex om̃i mũdo aduena irrũpit in illud, Cæſarem ſe faciens Cõſtãtinopoli, ſuperimponẽs collo tuo aliquem Patritiũ, quin tuam periclitare ſalutem, ut nomen maximi una cum re habeas: Tua erit ſedes Roma, tui erit cui cõceſſeris regnũ arbitrii. Leoni Cæſari deinde ſucceſsit Cõſtãtinus filius homo ualde tyrãnicus, ſub quo Pipin9 ex Galliis Legatos ad Pontificẽ miſit, Anno D. cc. lii. & papa uiciſsim coquentens inter ſe mutua ꝯſilia, ut papa Zacharias, quãdã ſibi ſumeret potentiã, deiectoq; ueteri dño, Pipinũ Galliarũ regem fœcit, aſpirãtibus principũ fauoribus, iſq; beneficio papæ primus nũeratˀ eius terræ rex, ſicut canũt Pontificia iura. xi. q. i. Te qdẽ. Subſequẽti anno mortuo papæ, Stephanus ſecũdus ſubſtitut9 eſt. Hic ſua uſurus potẽtia, cũ in Italia Aiſtalphũ regem moleſtũ haberet, implorauit ſtatim Pipinum, ad aliquot miliaria occurrens illi, obteſtãs ꝓ p̃ſidio ſc̃tẽ

Papæ & Cęſaris prima diſſenſio.

Irruptio pontificũ in regna.

D

Ro.eccleſiæ preſtādo,cōfeſſor em̄ eſſe maluit quā martyr,ſatis habens,ſi eo titulo cœlū irrūperet. Tum uero antiquus neq̄ diabolus cauſa ſtetit,poſtq̄ ueꝝ Chriſtianæ diuitatis nucleū uitioſum reddiderat. Hi em̄ qui antehac ſolidiſsima omniū Chriſtianorū colūna extiterāt, in ꝯtēptu martyrioq;,a ſcripturis ſanctis abalienati,mūdi & terræ aſſūpſerāt negocia, creādi cæſares & reges, pricipat⁹ & dominia ad ſe trahēdi, aucupātes magnificos & ſuperbos titulos, porrigētes ad oſcula pedes, utq; ſine papa nullū trāſigeret negotiū,ultionē in hoſtes minitāte.ſicq; ſolutus cura diabolus,nō amplius neceſſe habuit,obambulare ut leo rugiēs, de quo Petrus:ꝓbe em̄ ſciuit illud Euāgelii: Nemo pōt ſeruire duobus dn̄is. & Paulus. Nemo qui militat deo ,īplicat̄ mūdi negotiis. Et gaudebat uehemēter ſatan uetus,eſcā ſplēdidi⁹ adornās,deoq; nouitio iterum deuorandā obiitiens.eratq; fraus ſic ſubornata, ut & pauloante paucis memini. Anno dn̄i.D.cc.li.regnātib⁹ Galliæ regibus nomineten⁹,parlamēto ( ut etiā in hūc uſq; diē) om̄es definiente regni cauſas. Papa caput inclinauit Galliæ, quo tēpore ex antiqua familia Merouengi regnabat nobilis ſanguis Hildericus rex,ſed Pipinus Caroli magni auus regni admīſtrator erat,in cuius demortui locū filius ſucceſsit Carolus & ipſe admīſtrator,nihil min⁹ Hidalrico, ut q ex regia ortus erat ꝓgenie, Gallorū rege. ignoro q̄ fide Carol⁹ regno p̄fuerat:hoc ꝯſtat,fauentē habuit Ro.pōtificē. Interim obiit Carolus, relictis tribus filiis,Carolomāno, Pipino, Grifone. Carolomānus aperuerat Pipino animū de amplectēda uita monaſtica,fitq; Monach⁹.ita patuit Pipino inuadēdi regni locus,admīſtratoris p̄textu. Hilderico rege uſq; dum uiuente Pipinus regiā ſitiēs dignitatē Papæ ſe adiūxit, & rurſus papa Pipino,idem monſtri alens,uterq; priuato adact⁹ cōmodo. Itaq; Pipin⁹ ( ad ueteris interim ſerpētis dolū intēde ) Burcardum Herbipolenſem ep̄m tranſmiſit Romā, una cū Folrado ſuo a ſacris,ad Papā Zachariā,ꝑ hmōi poſtulatis & interrogationib⁹,oracula cōſiliaq; eius ut acciperet,uter iuſti⁹ regnū teneret:an qui eius om̄ia portaret onera, an qui curis liber ſolo nomine rex eſſet. Ad quæ ex demonis inſtitutiōe

Cōſilia papæ in Hildericū.

ipſi Reuerendi pr̃es Ep̄i hoc docerẽt: nam tum & plebani ſic ſe cõponerẽt magna fiducia, ut emularent illos. Nunc uero uos eſtis pleriq; om̃es maximi cõtẽptores oı̃m, q Euangeliũ fideliter docẽt & ꝓclamãt. O dñe, ſerua me a terribili iudicio quod accipietis uos o Ep̄i. Veſtri uicarii, Officiales, Notarii, Aduocati, ſunt Tyranni, aduertũt differẽtias pſonarũ, amãt munera, exagitant pauperes & deſolatos, permittũt ut ſimplices pereãt: ita cogitãt, mea res nõ agit, quicqd per me fit, ad epiſcopũ pertinet. Proinde oı̃a iſtorũ pc̄tã, ſanguis innocens oppreſſorũ, clamat ſuper uos ep̄os in cœlũ. Nã uos debetis hæc cõſyderare, diligẽter exquirere de non ſuſpectis hominibus, quis ſit rerũ omniũ ſtatus, nõ credere ueſtris aſſentatoribus, hic ſanguis ueſtris manibus cõmiſſus eſt, a quibus rurſum per iuſticiã ſeueri iudicis poſtulat, uſq; ad minimũ q̃drantẽ. Quæ dico uobis in rẽ ueſtrã. Quod ſi ſic nõ fœceritis, Idola eſtis, ſecundũ uirtutẽ diuinæ ſcripturæ Zachariæ. xi. etiã. ii. q̄ſt. vii. Nõ om̃es. Si dicitis, nõ eẽ uſum eccleſiæ, ut uos doceatis Ep̄i Euangeliũ, tum ego dico, ueſtrã nullã eſſe aliã ptãtem uel officiũ a deo, quã in uerbo dñi, in quo oı̃a ſunt cõprehẽſa, ut Paulus narrat ad Titũ. i. & ii. ad Timo. iii. Qd ſi non uultis ueſtro fungi officio, deponite Epiſcopatũ, cogitate tñ quid nomẽ hoc in ſe ꝯtineat Ezech. iii. Si pudet uos ſermonis faciẽdi, pudeat etiã uos accipiẽdi mercedẽ nõ ꝓmeritã. Multo utilius in ueſtrã collocarem⁹ ſedẽ uirũ ſtramineũ q etiãſi nihil laboraret, nõ ueſceret etiã. Qui nõ laborat, non manducet ex Pauli doctrina. Hæc in utilitatẽ ueſtrã dixim⁹, nã in cõcionib⁹ publicis nemo audet ueritatẽ uobis uel uerbo narrare, quare neceſſe eſt, ut tranſmittamus in ædes ueſtras, quæ uolimus uos ſcire, quo in memoriam ueſtram ſubeat uobis officium. Item iudex Chriſtus Ieſus Matthei. vigeſimo quarto. Porro aggrediamur uere nocentes, per quos ſingulariter ſupra modum quottidie maximus dei cultus perficitur, per ſexcentas inter ſe differentias per omnia diſsimiles nam: quiſq; iſtorum ſpeciale erexit Idolum. Sanctus Helias Propheta cognomine Theſbis, olim ante natiuitatem Chriſti aliquot centum annos iuxta

Officiales Notarij.

iordanē ad montem Carmeli habitauit, nec tñ perpetuo, ad
eum montē mater ſctē Annæ peruenit, atqꝫ adeo etiam ipſa
Anna, & poſtremo Maria mater ad dedicatōnē tēpli illuc de
portata (ut iſti dicūt) In hoc inquā Carmelo monte ſacer
Carmelitæ. ordo inſurrexit eoꝝ, qui a loco nominātur Carmalitæ. Ego
neſcio ꝗd illis in mentē uenerit, meliorē fœcerunt hodie ap-
pellationē, & dicunt̃ fratres Mariæ: miror ego uehemēter cū
Maria Nunna nō fuerit, & nullum unq̃ formauerit mona-
chum, quare ab illa ſe ſe uocauerint: multo rectiꝰ nomīarent̃
Helliſche fratres, ab Helia. Ab hoc inicio tam magnꝰ ꝓfluxit
cultus diuinus, magnæ ſctitatis, a tam priſca origine eiꝰ ordis
uſqꝫ ab Helia (ſi uerū aūt eſt) Sed ſi ſctūs locus, longum tem
pus faceret ꝓbos hoīes, ſathan eſſet ualde bonus & ſctūs, cuiꝰ
ordo ī cœlo cœpit ante hoīem creatū. Soldanꝰ tñ rem recta
deputauit uia: nam poſtq̃ ſuam mutauerunt originē, terris
ſuis exegit, qbꝰ antehac ſæpe bene fœcerat. Bonus fuit uir
Predicatores Dominicus, & ex bono anīo inuenit mediā uiam, ſecundū
quam cōmodius ad Euangeliū uiueret̃, quo tēpore adhuc re-
gularis canonicus erat, iam aſcribūt ei, ut a deo ipſo ad tam
eximium ſit uocatus ordinē, quem & impoſuiſſet deus, cui
etiam Deipara uirgo cucullū induiſſet: nunq̃ ſciui Mariam
monachos facere, quæ certe rem q̃ſi acu tetigit. Nam Mariæ
ualde magnꝰ honor & reuerētia a Dominicaſtris impendit̃,
ut laudabiliter & glīoſe in Berna & Senis, atqꝫ alibi ſæpe acce-
pimus. Capior ego magna admiratiōe, qđ non & uos fratres
Mariæ uocemini, cum ab ea cucullū acceperitis, ueꝝ Carme-
litæ fortaſsis apud pōtificē Romæ ademerūt uobis hoc cog-
nomis, qui tali illos ornauerat. Hoc ſi qs alius faceret, dicere-
mus eum ſuum nomen negare. Poſtea Thomæ de Aqno
placuit Dñici uita, quare cōplexꝰ eſt eā: hic cum in inicio na-
turales artes & ſapiētiā diligeret, tēporis ſucceſsione ad ſacras
literas eſt pertractus, ubi oēm poſuit operā ad ſcripturaꝝ in-
telligentiā, & ſecūdū ueterem ꝯſuetudinē Philoſophoꝝ, cœ-
pit diuinæ ſcripturæ phīas cōparare, & phīs metitus eſt eam,
attñ nūq̃ eius ſentētiæ fuit, ut quæ ſcripſiſſet ꝓ articulis fidei
haberent̃: nam omīa primatibꝰ ſubiicit, & ſapientū iudicio,

quod ferendū eſt. Sed quæ inde ꝓuenere? nō ſecus atq; dixi de Hercule & Saturno, atq; aliis ſapiētibus, q poſt morté pro diis erecti ſunt. Ita etiā nūc monachi ꝑdicatores tollūt in altum Thomā, ſctūs Thomas, ſctūs doctor, ſctūs doctor eccl'iæ ſctūs doctor approbat9 a ſede Ap'lica: ut Propheta dicit templum dn̄i, tēplū dn̄i, tēplū dn̄i. Dicūt etiam Chriſtū de cruce cum Thoma locutū: O Thoma tu de me bene ſcripſiſti. Formāt ei grande diadema, hūero colūbā imponētes, quæ aures eius introſpicit, & aliqd inſuſurrat: anſerē tm̄ ad aliud fingite latus, q magnā illius diuinitatē ꝑcet. Qn̄ intram9 tēpla eorū om̄es tabulæ ſunt plenæ monachorū depictorū, in lectis decūbentiū, quos aurei ex feneſtris radii cōtingūt, per hos deus admirabiliter cū eis diuinitus colloquit', unū ſup aliud miraculū. Præterea clamāt, ſ. Thomas princeps & maximus oīm doctorū ſacræ theologiæ: ad manū eius pingūt inſtrumentū corpis Chr̄i, tanq̄ de eo egregie ſcripſiſſet Sctūs Paul9 apoſtolicus doctor nunq̄ gloriat9 eſt, ſe eſſe ſup om̄es doctores, minimū aūt ſe uocauit & inſipientē, cui deus ſapiētiæ teſtimonium dederat. At uos monachi ꝑdicatores bonū Paulū crinibus Thomæ ſubieciſtis: putatis aūt uos fœciſſe rem gratā ueſtro Thomæ, qd' eum ꝓ deo exaltaſtis? minime. Qui Thomā nō tenet, eſt ſuſpectus in ſua doctrina: q imminuit eius auctoritatē, teneras Thomiſtarū aures ualde ledit: qui uero reiicit Thomā, hic uero ſine medio hæretic9 eſt, nō ſecus q̄ in ignē ꝯiiciēd9. Iam ſcio ego ſi Thomas ſcripturæ ꝯfert', ualde claudicat: qd? falſo multa diffiniuit, qd' nec ipſe, nec ſui fratres unq̄ intellexerūt. Meū eſſet ꝯſiliū, ut Thomas permaneret Thomas, ſuiipſius bonus eſt patronus ubi bene ſcripſit: in qb9 errone9 ē, in his nō poteſtis eū iuuare, quātūcūq; in altū erigatis eū, ꝯtra uolūtatē ipſius. qa Thomas eſt Thomas, nec quippiā aliud, permittite ut in aliorū bonorū ſociorū claſſe maneat, nolite uos intra omnē ianuā & cardinē ꝯiicere, tum non ꝑmemini: q aures habet audiat. Poſtremo ꝓpeditis immēſam tabulā in publicū, in q̄ depicti ꝓſtāt ueſtri monachi, unus Cardinalis, alter Ep̄us, tertius doctor, q̄rtus aſtronom9 hic tenet liliū, ille pedū, & m'tæ monachæ paginæq; inter-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473840-p0049-9

miſtæ ſũt in ramis arboris pictæ herẽtes, ultro citroqꝫ ut colũ
bæ, magnis tectæ diadematis. Quis demonũ uobis reuelauit
oĩes hoſce in cœlis eſſe? arbitramini Papã poſſe ſctõs facere?
Si mihi eẽt pecunia, & meus ſeruꝰ in diuorũ ſcriberet̃ nume
rum, hypocritice. Vos hinc inde uagamini tanq̃ Picæ, oracu
lum nũcio uobis, agniti eſtis, nec qeſcitis niſi obuenerit uobis
id qđ olim Templariis. Sitis nunc præmoniti. Vbi relinquit̃
S. Frãciſcus. noſter bonꝰ Frãciſcus, q fuit præpotẽtis & diuitis mercatoris
filius, natus in ſtabulo, & in præſæpe poſitꝰ, nõ aliter ac Chri
ſtus: fortaſsis etiã in Egiptũ fugit præ Herode. Ego nõ credo
in ullis eſſe de quopiã ſancto hiſtoriis, qui tot claruerit mira-
culis, ut Frãciſcus. Nec tñ mirũ eſt, cum etiã quinqꝫ ſtigmatis
crucifixus ſit: miror ualde ubi adſeruaſtis interim eũ, quouſqꝫ
ad Chriſtũ cruci affixus ſit, iam primũ in hiſce q̃ttuor annis,
cur nõ ei ſpecialẽ erexiſtis crucẽ? ne ruſtici errarent, quæ uel
Chriſti, uel Franciſci eſſet. At forſitan antiqua aliter habet, q̃
noua hiſtoria. Sctũs Bernhardinus ſimilr̃ ſtat in ſpectacu-
S. Bernhardinus. lis ornatꝰ multis infulis & pedis epiſcopalibꝰ, quæ hinc inde
circũiacẽt eum. Quorſum uero pertinet hæc gloriatio ꝯtẽp
tus honorũ mundi? cum uos nunc oĩ ſtudio cõtendatis
ad ſupbas & ampliſsimas Cardinaliũ dignitates, nec eas ſine
magno ꝓſequimini præcio, cum ſimiliter nõ minima orbis
negocia tractetis, cõponatis: gloriamini multũ de uotis, cõſi
liis, & regulis Euãgelii adſeruãdis, ſi quis rem ad lucẽ intuet̃,
tum ferme cõtra oĩes diſpẽſaſtis, uitam ueſtrã in ſolis ceræ-
moniis ꝯſumãtes, ueluti æqui agreſtes, paleis tanq̃ ueſcẽtes, cũ
uera grana ſint uobis incognita. Multi ſunt ex ueſtris qnqꝫ ul̃
Quinqꝫ ſectæ frãciſcanorꝫ. ſex ſectis, uenenatiſsimi ꝯtẽptores (ſub bona tñ ſpecie) ſacro
ſancti Euãgelii. Si qs uos oẽs: ceræmoniales intelligo: in uno
cõbureret aceruo, ueritatẽ iuro, ignoraretis qd ſit Euãgelium,
plus eſtis ſplẽdor qdã, quã fructꝰ Euãgelii. Habetis tñ ꝓrogati
uam, qđ nullus ueſtrũ ad inferos deſcẽdat, niſi ſi qs forte for-
tuna ad cœlũ tendẽs intercideret, ad ſonũ egregiæ & fide dig
næ reuelatiõis, quã attulit angelꝰ ſctũs Frãciſco, ſicuti fratres
eius Ruffinus, Leo, & Petrus capitulo manifeſtauer̃t. Nihilo
minus aũt, ut ueritatẽ dicã, aliq (q̃uis pauci) ſunt Reuerẽdi

& boni pr̃es & fratres in eo ordie, q h̃nt ueꝝ & ſanũ ſcripturæ intellectũ, ſimil̃r clarã differẽtiã inter carnẽ & ſpũm. Proide ſpero aliqñ fore, ut & iſti ueteli tẽplorũ ſerui euigilabũt, defecturi a lege Moyſis ad uerã Chriſti libertatẽ. Auguſtiniani ſuo Auguſtino affingũt cor, qđ tenet manib9 duab9 traiectũ ſagittis: nõ certe ĩtelligo qd hoc ſibi uelit, niſi unã Auguſtini eſſe, quæ ſignet amorẽ eius in deũ, alterã ſuorũ fratrũ in Margaretã ſi qñ amore ardẽt, ut quottidie uidem9, & fama percipim9. Si magni Abbates boni uelint ꝯſulere meã ſalutẽ, in ꝓmptu eſſet. Veſtra dom9 nomiat̃ Clauſtrũ, qa clauſum eẽ debeat: ueſtẽ habetis talarẽ, uel nigrã uel albã, & hæc eſt neceſſaria, ſup quã induitis quod uocatis Scapulariũ, ſiue ſit laneũ ſiue lineũ, denotat iugũ Chriſti crucifixi, obediẽtiã, exiliũ, miſeriã huius uitæ paciẽter tolerãdã ꝓpter deũ. Ad hoc fertis cucullũ rotundũ, caput ꝓbe cõtegẽs, pro ſigno, u̾os qnq; ſenſus mũdo cũ ſuis affectiõib9 renũciaſſe & demortuos. Caput totum pene eſt glabrũ & raſum, coronula tm̃ relicta, ĩ argumẽtũ ueſtri erecti ad deũ animi. Corona uero paſſionẽ dñi ſ̃cat. Hoc ueſtitu apparetis oĩb9 hoĩb9. Nõn̄lli amiciunt̃ nigris alis ex brachiis ꝓpẽdulis, ut notẽt ĩternũ amorẽ ueheme̾ter eſtuãtem ad deũ, & qđ p hũilitatẽ in altũ ad faciẽ dei ꝓuolẽt. Cæterũ ſub his titulis ꝯuenitis nos ſup oĩb9 nr̃is bonis, ueluti ad tẽplũ dei ptinẽtib9, ueſtra monaſteria reddunt̃ ĩmunia, immũes etiã fiũt Abbates. Qua rõne hmõi uobiſcũ p̃t ſtare libertas, q uos dño deo in om̃i obediẽtia, & aduerſitate hui9 uitæ obtuleritis, ad portãdũ Chriſti iugũ, qđ nõ p̃t apud iſtãccine ſecularẽ libertatẽ ꝯſiſtere, niſi uelitis intueri Papales immunitates. xvi. q. i. placuit. Iam nõnulli oportet ut ſint Ducales Abbates, atq; id ex Papæ donatiõib9. Quõ p̃t papa contra ꝓprietatẽ u̾ri noĩs immũitates uobis cõferre, cũ uocemini monachi, q ſoli eẽ debeãt, ꝯcluſi, derelicti, ut ſterilis arbor habẽdi, ſicuti Hiero. dicit᷑ q q̃rit, ĩterp̃tare uocabulũ monachi, hoc ẽ nomẽ tuũ, qd facis ĩ turba q ſol9 es᷑ ciuitates nõ ſũt hitatiões Hereicolaꝝ, ſed m̄ltitudis & ppl̄i, vñ ei9 nomẽ ẽ. Quid rñdes Hiero᷑ Vis te per Papam defendere, tũc cura, ut ipſe nomen tibi tuum cõmmutet, & ueſtitum, nec eris amplius monachus: nam ex te poteſt Francum equitem facere. Si tu non

Auguſtiani.

Abbates.

Scapl̄aria qd.

Cucullus.

Corona capitis.

Monachi S. Blaſij.

Libertates Monaſticæ.

es monachus, quo igit̃ nomine cõuenis nos ſuper pẽſionib9
& bonis ad eccleſiã, ut tu dicis, pertinẽtibus? Si cõtra, Diſpẽ-
ſatõnẽ habetis? ergo recte & Laici uobiſcũ diſpẽſant, & dant
uobis id quod eſtis, hoc eſt, nihil. Similiter fertis (quod. ſ. ne-
ceſſe eſt) Epiſcopalẽ infulã auro & lapidib9 diſtinctã, portan
tes in manibus argenteũ & deauratũ pedũ, nõ poſſetis alioq
ueſtros regere monachos, etiãſi nihil horũ adeſſet? qd porta
tis uos paſtorũ ornamẽta, cũ paſtores nõ ſitis? nec paſcatis
oues, ut Hiero. ſcribit Heliodoro. obiicitis aũt pabulũ ouibus
ueſtris, ordinis regulã. Quæ aũt eſt regula? amictũ eſſe nigro
uel albo cucullo, Matutinas canere, in diẽ per duas horas ſilẽ
tium, ad prandiũ & cœnã duos epotare uini cantharos, nec
non ieiunare a Mihaelis uſq; ad Natiuitatis, nõ exire mona-
ſterium ſine fauore. Laici horũ nihil faciunt, & ſunt tñ etiã
boni Chriſtiani. Verũ, eſt ius Canonicũ Chriſtianorũ pabulũ
qđ pabulũ habuerũt Hieroſolomytani? q aliquot centũ an-
nos optimi fuerunt Chriſtiani, nec unq̃ habuerũt ius illud
Canonicũ? arbitramini uos cucullo & ꝓpriis ſtatutis cœlum
expugnaturos? nihil minus dilecti Abbates coronati, ueſtra
bicornis mitra, & pedũ, indicat uobis aliam (quã uocãt) Al-
bam & ſublimiorẽ, cũ beneolenti ſpica, nullo modo eius eſt
paluſtris cannæ, quã uos magnifacitis. Quid aũt hoc ẽ mon-
ſtri, cucullũ gerere cũ debeatis, de eo diſpẽſationẽ accipitis, &
Epiſcopalia ornamẽta induitis, unam manũ exornatis pul-
cherrimo pedo, alterã armatis ſtricto gladio, atq; id in quot-
tidiano pene uſu: aliqñ etiã ad hæc in tergo cardinaliciũ ha-
betis galerũ ꝓpendulũ, quorſum opus eſt uobis gladio? nõ ſa
tis eſt fortis ille, quẽ Paulus ad Epheſios. vi. monſtrat? ut ne-
ceſſe ſit ſanguinariũ a Cæſaribus regibuſq; mutuo accipere?
cogitate uos ueſtrũ Scapulariũ, Cæſariq; relinqte ſuũ ferrũ.
Quis malus demon obſedit uos ſacerdotes & epõs, ut omnes
uelitis eſſe ſeculares Principes & Reges? Vel Paulus & Chri-
ſtus mẽtiunt̃, uel uos mũdanũ gladiũ poſsidetis ꝯtra deũ &
ius. Gl'iamĩ de ueſtro religioſo ſtatu, ad quẽ (ſi legeretis Pau-
lum. ii. ad Timoth. ii. & Ioan. xv. inepti eſtis, agite ſatagite
qđcũq; uolueritis. Sed unus error gignit aliũ, quẽadmodũ a

Secularis gla-
di9 ſacerdotũ
eſt cõtra deũ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473840-p0052-2

bono ſctõ apl'o Petro cõmutatio facta eſt,& deinceps ꝯtinua
tim a primo ſe auerterũt fonte papæ,cuius plane alia irrupit
forma,ut ſupra clare expoſitum eſt,donec ex oue rugiẽs Lu-
pus, ex annunciatore Euãgelicæ pacis,legiſlator omnigenæ
Tirannidis:ex Sacerdote bellator:ex paupere Apoſtolo,po-
tẽtiſſim9 Cæſar & Imperator orbis terrarũ exort9 eſt. Nõne
hæc ſunt admirabilia geſta? Quare ſtatus religioſorum recte
ſe cõparat auctori ſuo, ut caput habet,ita corpus. Papa abiit
in mũdanũ Cæſarẽ,& ſuos habet ſacerdotes & monachos,ſa
tellites militeſq;:ut Papa ſequit̃ Chriſtũ,ſic Epi,pſbyteri,mo
nachi, ſuã etiã ꝓfeſſionẽ. Papa format ex Chriſto paciẽtiſſ.
dño quicq̃d collubitũ eſt, q̃a uidelicet ipſe ſolus dat uires ſcri
pturæ,interpretat̃ eam,& permittit uſum eius,in qua Chriſt9
quieſcit,ꝓ arbitrio.Iam eccleſiæ & monachi ſimil'r ex ſuis fa
ciunt pſonis & ꝓfeſſionib9 q̃dcũq; uoluerint. Papa ſucceſſu
tẽporis,ꝓ deo ſe uenditauit & extulit,q̃re eccleſiæ & monachi
ſuos ſctõs & ſtatuta etiã ꝓ deo efferunt. Papa donat illis im-
munitates,cõtra ipſi eum,ꝓpterea loco dei adorãt:ſic habet,
iuua me,tum iuuabo te.Ex iſtis ꝓuenit,unũquẽq; partiũ pon
tificis,palã & impudẽter blæſphemias in ſacroſanctã trinita-
tẽ ſine pœna expuere,id ptãti papæ tribuẽtem,q̃d ſoli om̃ipo
tenti deo cõueniat.Nam ꝑfecto ego ipſe his auribus hauſi,in
quodã Cœnobio palam p̃dicari,cum indulgẽtias ꝓclamaret
quidã ab hinc iam q̃rto anno, papã habere eandẽ ptãtem,
quã cœleſtis trinitas.Hem inaudita blaſphemia. Legat quis
libellos cõtra Lutherũ editos, uſq; ad miraculũ deprehẽdet
magnas in deũ blaſphematiões. Euãgelia Lyras nominant.
Iam cõfirmat Papa, q̃cquid uolum9, p̃nte tm̃ pecunia dat
monachis ſctõs,canonizat ꝓ iſtorũ libidine,atq; ita ſine nu-
mero noui dii efferunt̃.i.ad q̃dcũq; uolueris monaſteriũ,in-
uenies maximã in parietib9 & tabulis turbã ſanctorũ mona-
chorũ hærentẽ,magnificis diadematis ornatã,unoquoq; ſin
gularẽ ſimiã in manib9 tenẽte.Item ſingula artificũ collegia
ſuos poſſidẽt ſanctos, manib9 inſtrumẽta eorũ cõpræhẽden
tes:hic calceũ,ille bipẽnem,alius piſcem,quart9 ſuem, q̃ntus
fabrilem malleũ.Ego ſpero fortiter teſſerarios & clãdeſtinos

Vt Papa ita religioſi ſunt.

In laude pape Chrĩ blaſphemia.

ꝓditores & ipſos ſtatim ſuũ ſanctũ obtẽturos. Quod (malũ) hoc magnificũ & diuinũ munus, ſctõs creãdi, ad ſolũ deum pertinẽs uobis ꝓmiſit? Quare nõ iniuria in multorũ ore eſt,

Prouerbiũ, antiqu9 de9.

antiquus de9, antiq̃ doctrina fideſq; nouus deus, doctrina fideſq;. Hoc uero artis eſt, ut unũquodq; horũ recte ĩtelligam9, ne quiſpiã unũ ꝓ reliquo cõprehẽdat. Sæpe aliqs coruũ pro Pſittaco uel Pauone antehac nũq̃ uiſo corripit. Aliqñ emim9 Naſũ piſcẽ loco nobilis Aſthæ. ubi aũt qs domũ redierit atq; eundẽ exenterarit tũ primũ fraudẽ intelligit. Naſo intrĩſecus atro, Aſtha aũt cãdida, & ſpecioſæ pinguedinis plena. Nunc dum in hac terra uiuimus, in p̃cioſo gratiæ tempore ſi

Admonẽtur Chriſtiani.

oculos intelligentiæ noſtræ non aperuerim9, ſed in exteriori uſu & conſuetudine contenti fuerimus, quãtum pertinet ad dei cultum, putãtes nos rem quaſi acu tetigiſſe, interim, uerum nucleum & interiora negligentes, intelligemus poſtea, Sed cum noſtro maximo & ſempiterno dãno, errorẽ, deuiũ iter, Naſum piſcem pro nobili Aſtha emptũ cõprehẽſumq;. ſed tum forum ſublatum erit, cum ſponſus ingreſſus poſt ſe ianuam clauſerit. Proinde dilectiſs. & optimi Chriſtiani, nõ

Excuſatio.

male uertite meam, etiamſi duram & ſeueram, ueſtri erroris denarrationẽ: nam plus eſt corpus q̃ tunica, quã corpus anĩa: omnis dominatio perit, deſeritq; nos in extremo mortis articulo: Proſequit̃ nos nemo, niſi nr̃a opera, ad rigidũ & graue iuditium iuſti dei: ubi in eodem ſunt diſcrimine rex & paſtor, tantidem habetur Papa & ſimplex ſacerdos: nos Chriſtiani eſſe uolumus. Eia agamus, ne ita in uniuerſum benignißimũ Chriſtum ꝓſcribamus in deſerta: permittamus ut iterum reuiuiſcat per ſacram ſcripturam, neue adeo inſaniamus, tyranniciq; ſimus aduerſus eum, in ſua membra, ut nõ in ſempiternã diffamiam & dedecus dicatur de uobis Pſal. Quare fremuerũt gentes &c. In eo nobili pſalmo uidete, quæ dura iudicia iuſtus deus tulerit.

## ℭ Secundus Liber.

Diungam porro puſillam quandã inſtitutionẽ
a tanq̃ regulã uel ſignũ, unde quilibet ex ſimplici uulgo (nam magni Rabini, & laborioſi. ſ. mar-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473840-p0054-3

tyres,templorũ ſerui, hac forte non opus habẽt, de ſuis rebus certi:attamẽ illuminet eos Chriſtus quo ſuos intelligãt morbos,& ſic auxiliũ habebũt,alioqui nunq̃ inæternũ ) facile capiat & iudicet in quottidiana conſuetudine fidei noſtræ, & uſu templorũ, quem indies uidemus,quid ſit antiquus deus priſca fides doctrinaq́ꝫ:& cõtra quid nouicius deus,fides,doctrina,ne multi boni uiri tam miſere ſeducant̃,& in diffidentia omnium ſuorum operum & mercedis , quo ad deum & proximũ ſuſtineant̃, unde in perpetuũ nullum ꝓfluit bonũ. Quid hic doceatur.

Primum,quid ſit uerbum dei.

Quandoquidẽ nemo pro certo ſcit,quid ſit deus,niſi quãtum ab ipſo nobis reuelatũ eſt,atq; hoc ſolummodo per ſanctam ſcripturã,nõ aliter licebit de deo loqui,docere, ( quam regulã om̃es conſyderent homines ) credere, ſperare, quam ſacræ docent & inſtituũt literæ:cuius figura apparet Exo.iii.

Secundum.Summũ decus,honor,& gloria, quam omnipotens deus ex omnibus petit & querit hominibus,eſt,ut qlibet hoĩm ori diuino,uerbiſq; quam ſimplicisſime credat,ſine hũana additiõe. Ioan.xvii. Cuius figura aptisſime Nume. xiii.& xiiii.ꝑcatur. Vnde ſequit̃,Fidem eſſe ſupremũ opus bonum,maximũ dei cultum,unicum noſtræ ſalutis mediũ:nã per fidẽ unimur deo.Ioan.xiii.Pſal.cv.Eccle.xxxiii. Fides optĩa opus bonũ.

Tertium.Chriſtiana fides eſt ſacra ſcriptura,quæ ſcriptura eſt mater Chriſtianæ eccleſiæ.Ioan.xvii.i.Corin.iiii.Omnes qui ſcripturæ ex imo ſui cordis fonte credũt, ſunt regenerati dei filii.Ioan.i.& xvii.& donec permanent in fide,permanẽt etiam filii dei, & ſunt: ſimiliter ſunt coheredes regni dei. ad Roma.viii. Iam ſi ſunt heredes regni dei, ſalui ſunt: ex quo ſequitur, nos omnes ex Chriſtiana tantum fide ſaluos fierĩ, & per nihil aliud.Eccleſiaſt.xxxiiii. cuius figura legitur Numeri. xiiii.

Quartum. Omnis ſcriptura quæ ex deo proceſsit,indicat & monſtrat ad Chriſtum Ieſum dei filium. Ioannis quinto. Sequitur porro illud,Sacram ſcripturam Chriſtianam matrem eſſe, quæ per fidem generat.Ioannis. xvii. & omnes

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473840-p0055-9

qui credũt ſcripturæ, ut ſupra dictũ eſt, ſunt unica eius filia, pulchra & incorrupta uirgo, cuius letus & amabilis ſponſus eſt Chriſtus Ieſus. Math. ix. Exinde poſſumꝰ intelligere, id qđ uulgo dicit̃, Extra eccleſiã Chriſtianã neminẽ poſſe fieri ſal-uũ: nullo modo in fundamẽto ſuo intelligi de papa, & Ro. epiſcopatu, quæ exteriores res ſunt, & mutabiles. Hoc uero ẽ immutabile, ſpũale, animæ inherẽs, atq; neutiquã ex hũana ratione uel uiribus, ſed ex ſpũſancto.

Quintum. Quãuis in ſcriptura fides ſinglariter, Oſee. ii. Charitas diuina etiã ſinglariter ad Corin. xiii, Spes ſimiliter ad Roma. viii. & hinc inde notata ſunt, nunq̃ tñ eſt Chri-ſtiana fides in his terris a charitate & ſpe ſegregata. Eſai. xxi. Nam q̃tũ in te eſt fidei, tm̃ itidem eſt charitatis & ſpei, & tũ primũ oriunt̃ ſequẽtia bona opa, ueluti ſigna tuæ fidei, quã per charitatẽ in ſpe ad deũ dñm tuũ habes. Math. vii. Ex his ſume uehemẽter neceſſariã inſtitutionẽ, Tẽplorũ ſeruos eſſe egregie ſtultos, q oẽm fidem & ſpem in opera ponũt, ad ritus eccleſiæ, ut ſi elegãter compſerint & ornarint altaria, multis imaginibꝰ, candelabris, ſicq; quandã quaſi ſiluã arboꝝ circũ-poſuerint, tum offerũt, ſacrificia celebrãt, cãpanis obſtrepunt circũcurſant in tẽplis ad ſudorẽ uſq; & rauim, iureiurãdo af-firmarent, ſe bonũ opus deo opatos eſſe, cum tñ in his oĩbus iam recenſitis, nihil om̃ino poſitũ ſit, ne unius qdẽ lẽtis mo-mentũ: etiãſi nihil horũ prorſus fieret, non tñ in irã moueret̃ deus, nec peccaremꝰ, ſi poſthaberemꝰ hæc om̃ia loquẽdo p ſe ad opa. Verũ deo ex toto corde in oĩbꝰ ſuis uerbis nõ credere, eum ex animo nõ amare, nec in eũ fidere & ſperare, hoc aũt eſt, qđ offendit deũ, & nos ab illo ſeiungit. Quare dixit dñs. Veniet hora qñ neq; in mõte hoc, neq; Hieroſolimis adora-bitis patrẽ, uerũ ueri adoratores adorabũt patrẽ ſpũ ac ueri-tate. hoc eſt, ĩ corde deſyderabiliter, ſuſpirãdo ad deũ in fide Atq; hmõi ſeruos amat deus. Sed Templarii fame perirẽt ad hmõi dei cultũ: quãobrẽ nullis modis admittũt talẽ, querẽ-tes alicubi rancidas facti ſui gloſſas.

Sextum. Publica eſſe tẽpla, utile eſt, maxime ſimplicibus & indoctis hoĩbus, ut per exẽpla aliorũ bonorũ uirorũ ꝓuo-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473840-p0056-4

cenſ ad meditādum deum, quo ad deus largius ſuā ꝯtulerit gratiā. Nam quātum ad ſpūm, nihil neceſſe eſt templa edificare. Ioan. iiii. ii. Corinth. v.

Septimum. Multitudo uariarū cerœmoniaꝝ eccleſiæ non intellectarū a uulgo, q d ſit, & quātū ualeat, parit multos errores in fide, ut cōmunis populus aliqñ id quod minimū eſt, habeat ꝓ maximo. Vt qñ iacif fundamētum tēpli edificādi uł altaris, tum raras & admirabiles ſctōrum reliqas ſuperimponunt, ad magnificum aliqď puluinar, neq͡ʒ id quottidie: & cū adferunť uel rurſus deportanť, duo uel q̄ttuor cereæ accendunť faces, quas p̄ferunt: ipſe ſacerdos ſerico induiť, comitatus duobus miniſtris preſbyteris. Iam ſi ſimplex laicus ſacerdoti ſacris operāti adſtat interim, & ſacramētū eleuať, uel cōſumiť, uidens tātas pompas & magnificētias circa reliqas, cū ad Sacramētum uix miſera ardeat candela, Miſſa relicta ad nouum ꝓperat altare, in genua ꝓcidēs: & ego credo multos etiā adorare reliqas. Poſſum⁹ nāq͡ʒ intelligere ex ope, laicū plus animi & reuerētiæ Reliqis (forte ex oſsibus putrefacti equi decerptis) deferre, q̄ Sacramēto, q certe parū Chriſtiani mores ſunt. Itē ſi quis aſsiſtit Miſſæ, & Sacramēto, atq͡ʒ ī alio loco pulſeť ad eleuādum Sacramētum, diſcurrit de uno ad aliud altare, tanq̄ unius ſacramētum infirmi⁹ uel meli⁹ eſſet altero. Hmōi erroꝝ nō alias uideo cauſas, quā quod nō recte in fide inſtituti ſunt. Nunc hic mos multis durauit annis, cū multis aliis eccleſiæ ritibus, ut tuipſe potes meminiſſe. Eſt hæc antiq̄ fides uel de⁹: & ego nō cupio eā, ut ut blaterēt tēplarii, & garriāt q̄cquid uelint. At ſupra etiā de hac re diſputatū ē.

Octauum. Vt eſt uerus & æternus deus, ita eſt uera diuina ſcriptura, uera & certa erectio Chriſtianæ fidei: atq͡ʒ hic ē uerus de⁹ priſc⁹, uera priſca fides, ṽa priſca doctrīa. ad Ephe. iiii — Verus deus antiquus.

Nonū. Diuina ſcriptura ē ſacra Biblia, a Chriſtiana ecclīa (quæ ſupra ad tertiū & quartū notata eſt, nec Papa & Romaniſtarū laruæ intelliganť) in ſpiritu ſancto agnita & ſuſcepta ut uera, quicq d in ea ſcriptum eſt, ueꝝ ē, q͞a eſt ipm os domī quod mentiri non poteſt. Pſal. cxvii. — Biblia.

Decimū. Præter Biblia, ut ut fuerit q̄ſpiā ſanct⁹, ſicuti Au- — Doctores.

guſtinus,Hieronymus,Ambroſius,Gregori9,Thomas, Bonauentura,Leo,Cyprianus,Chriſoſtomus,omnes Papæ,& Epi, quicqd ſcripſerint uel docuerint, cum ratione intelligendũ eſt,nec unq̃ Bibliis cõferédũ,uel eodé loco ponendũ, quo ad auctoritaté & fidé.Quare nihil é,ſi dicas,Auguſtin9 hoc dicit, inde neceſſe é ut ſit uerũ:uel Thomas dicit, ideo uerũ é: hoc papa docet,quõ ergo eſt error:nihil dicis. Verũ hoc dicit ſacroſanctũ Euãgeliũ, q̃re uerũ eſt, hoc certe credito. Nam in fide ſacræ ſcripturæ,a ſacerdote cõſecrat̃ uenerabile Sacramẽtum,a pctõ abſoluimur, regnũ cœlorum ꝓmittit̃,gehenna cõminat̃,& omnia uera ſunt. Mathei.xxiiii.

Vndecimum. Om̃es hoĩes, angeli,ſapiẽtes, ph̃i,doctores, Epi,Papæ,ſacerdotes,monachi, & Nunnæ, ſi nõ ſuffulciunt̃ ſcripturis & ſupponunt̃, ſunt ad unum noui dii,Antichriſti, uani. Sapien.xiii.& Hiere.x.& xi.

Biblia regl'a doctrinarũ.

Duodecimũ. Sacra & diuina ſcriptura, eſt canonica & uera regula,quæ iuſte cũcta mẽſurat, ſecũdũ quã om̃es doctrĩæ, cõciones publicæ,mãdata ſuperiorũ,uel ſacrorũ,uel ſecl'ariũ Papa & Cæſar,om̃es doctores,ſiue Auguſtinus,ſiue Thomas, Cõciliũ ul' capl'm, Eccleſia Ro. uel Bohemica:om̃es inquam om̃ia ad eam,quã dixi,regulã metiri & examinari debẽt.quicqd p eã ꝓbat̃,maneat: qd' min9 fert ſcripturæ examẽ,reiiciat̃ ut erroneũ & ex nouis diis natũ ꝯtẽnat̃,tanq̃ noua fides,nouaq; doctrina abſcindat̃. Actuũ.v. Oportet &c.

Decimũ tertiũ. Om̃es hoĩes in terris hoc habeãt ſtudio, ut diſcant legere ſcribereq;,ſi fieri p̃t,ut unuſq;ſq; Biblia, potiſsimum Euãgelia ſæpe legat ſibi & liberis,ſuæq; familiæ, maxĩe in feriis. Nã Euãgeliũ ei9 eſt uirtutis,quãto hoĩes frequẽti9 illud cũ deſyderio legerint, tãto melius diſcũt Chriſtũ intelligere,& firmiorẽ ſorciunt̃ in deũ fidẽ,excitat̃q; in proximum charitas,orit̃ cœleſtiũ rerũ amor:breuiter,ſumma é in terris ꝯſolatio in oĩb9 aduerſis. Atq; impudẽs é mẽdaciũ,Euãgeliũ nõ poſſe intelligi ſine doctorib9. Nã diuina ſcriptura ita é a ſpũſctõ exp̃ſſa,ut ſe ip̃a ſe apiat,& unũ dictũ p aliud declaret, unuſq; loc9 teſtioniũ det alteri: nec neceſſe habet emẽdicare uel a doctorib9,uel ab hoĩb9,nihil aliud p ſe q̃ mẽdacib9,auxi

lia,cũ ſatis ſit ipa diues & pfecta. Hæc eſt em̃ clauſus hort9,ob ſignat9 fons,uiuæ aquæ,quæ copioſiſsime abũdãtiſsimeq; p / enniter ſcaturiũt & emanãt in oĩa credẽtiũ pectora. Ioan.iiii & vii. Obſecro te dicas mihi,qs docuit oẽs martyres & Here / micolas Euãgeliũ? fortaſsis etiã ſteterĩt ĩ alma uniuerſitate Pariſiẽſi duodeci annos, audiuerũtq; mgr̃m ĩ ſentẽtiis ſup Euã / gelia in Sorbona,ubi.ſ.multũ tractat' Euãgeliũ,& in honore eſt atq; ꝯſuetudĩe,nõ aliter q̃ felis apd' pellifices. Quis ĩſtituit martyres in tã honeſta bona & reuerẽda ĩ deo uita? forſitan Scot9 & Thomas. Chare Rabine,qb9 magnis diſtinctiõib9 Petrus,Ioãnes,Iacobus,Iudas,Lucas in actis aplicis uſi ſunt,uel ĩ eoꝝ epiſtolis? An alias res docuerũt populũ,ſcripſerũtq;?

Decimũ quartũ. Monachi cuiuſcũq; ordĩs,q ſuas doctrĩas, doctores,& ſctõs in ſublime efferũt, qd aliud crepãt, cantant denarrãt in cõcionib9, q̃ ſanct9 Thomas,ſubtilis Scotus,pſtã tiſsim9 Auguſtin9,uenerabilis Albert9,angelic9 Bonauẽtura irrefragabilis Alexãder de Ales &c. Nũc dico, qñqdẽ ĩ oĩb9 doctorib9 ſecũdũ hoĩs naturã dephẽſa eſt incõſtãtia,qdã affir mãdi met9, ut etiã ex eoꝝ doctrĩs ultro citroq; multi errores & uehemẽter noxii aĩaduerſi ſint: ſciãt, ſi eoꝝ doctrinas & cõ ciones,q̃s tradiderũt doctores eorũ,nõ aptiſsime edificauerĩt ſup petrã ſcripturæ,ſed p rato habent & certo,ſi ſic uel Thomas, uel Scot9, ul' Occam &c. ſcripſerit,dico ĩquã in magno eos apud deũ ſtare picl'o. Luce em̃ clari9 eſt, Scotũ & Thomã nullis doctorib9 ꝯuenire,& ipſi inter ſe pugnãt adeo,ut quod unus affirmet, alter neget: hic pnũciat hoc eẽ pc̃m̃ mortale, ille negat pc̃m̃. Iã ſi miſer popul9 ex ſuggeſtu tã ꝯtrarias ĩter ſe cõtiones audit, quid aliud cogitare debet, q̃ nugas eſſe & mendacia? Eccleſiaſt.xxxiiii.

Decimũ quintũ. Om̃es principes,maxime Epĩ,tenent' ſub pena gehennæ diligẽter & ſeuere aĩaduertere,ne ex cõcioni bus aliud doceat' populus, q̃ Euangeliũ & ſcripturã. Nunc ſi ceſſauerĩt epi (ut nũc oẽs,pluſq; ph dolor phibẽt,q̃ iuuãt) eſt ſecularium principum, et debent & poſſũt,aſtare Euangelio, ut prædicetur,non conſyderatis uel Anathemate, uel interdicto,ſiue Epiſcopi,ſiue Papæ: & eſt ratio. Chriſt9 ipſe dicit in

Euãgeliũ q / bus ſit cõmiſ ſum.

Euangelio. Qui me cõfeſſus fuerit corã hoĩb9, hunc ego ꝯfite bor corã pr̃e meo. Si uero ( uti nõ ſpero ) & ſeclares principes uelint eſſe cœci, tum ad cõmuné potẽtiã ꝑtinet, etiã ꝑmittẽ tibus ſacris lr̃is, adiuuare Euãgeliũ, atq; eidẽ honorẽ exhibere: quia oportet nos plus obedire deo, q̃ hoĩb9. Chriſt9 em̃ clare dicit, Marci ultimo: Ite in mũdũ uniuerſum, & ꝓdicate Euã gelium om̃i creaturæ. Nõ dixit, predicate ius Canonicũ, uel Thomam, uel Ariſtotelem.

Decimumſextũ. Verbum dei, ſacra ſcriptura, nõ ẽ in phi- loſophoꝝ ſapiẽtia ſita & fixa, i. Corin. iii. Quare ip̃a nõ p̃t de mõſtrari uel mẽſurari per Ariſtotelẽ & Auerroim: habet etiã naturalis ars ex ſua ſimilitudine nõ ex omni parte locum cũ ſcriptura, ꝓīn multi etiam egregie docti decipiunt̃, immo & aliqui ſancti errauerunt.

Decimumſeptimũ. Os dei, ſacra ſcriptura eſt fixa immu- tabil̃, ꝑpetua, uera, Marci. iii. Quãobrẽ nõ ſinit ſe flecti uel in- curuari, ſecundũ humanã mutatõnẽ uel leges. ſed ꝯtra opor tet, ut hoĩes ſe mutẽt & accõmodẽt ad ſcripturã, ſi uoluerint uitam æternam. Math. ultimo.

Decimumoctauum. Iam hoc eſt diſcriminis inter ſcriptu ras ſctãs, & p̃hias doctrinaſq; mortaliũ, ut ſcriptura a nullo in his terris ( utcũq; ſit ſublimis ingenii ) intelligi poſsit, niſi cui a deo ex altis ſinglariter datum ẽ. Ioã. xii. & Eſaiæ xcix. Nũc gratia dei om̃ib9 ſuꝑbis ſapiẽtib9, prudẽtibuſq; mũdi nõ dat̃ Lucæ. i. niſi illi prius in anĩo ſe ꝓ inſipiẽtibus & ſtultis habue rint. i. ad Corin. iii. Hoc uero inæternũ nõ fit, niſi hoc operet̃ ipſe de9. Ioan. vi. At inſipiẽtia & ſtulticia in om̃i hoĩm ſapiẽ- tia, prius magni exiſtimata, fit & orit̃ in recta & uera ſui ipſi9 cognitiõe. Apocalip. ii. Cognoſcere ſe ip̃m nullũ habet aliũ unde diſceret̃ magiſtrũ, quã ſyncerã humilitatẽ, Prouer. xi. Humilẽ eſſe, hoc eſt, homĩ ſuã demere uitã, atq; illã deo appẽ dere, ita ut hõ ſeip̃m nihil putet, nihil ſibi tribuat, ſed q̃nq̃dẽ cor ablatum eſt, ut luctet̃ & ſuſpiret eo, quo ꝑtractatũ ẽ & de- fixum, nẽpe ad Chr̃m ſolum dñm nr̃m. Lucæ. i. Iam ſi hõ ui uit in deo, unit̃ deo. Ioan. xvii. Cũ itaq; unus eſt cum deo, habet etiã familiaritatẽ cũ deo, & deus cũ eo, quæ in his tẽpo

Cognitio ſui ipſius.

Familiaritas cum deo.

ribus nihil eſt aliud, quã cognitio dei & uolũtatis eius, deſy
deriiq;. Pſal. xxxv. Quã ſimiliter auxiliũ diuinæ gratiæ ſucce
dit, ut magis magiſq; illuminemur in uoluntate domini. Et
amicitia qua deus eſt in hominẽ, & hõ in deũ, fit una in diuĩo
ſigillo, quod eſt ſacra ſcriptura. Roma. xv. Nam ea eſt obſig
nata omĩbus potẽtibus, ſapiẽtibus, doctis mũdi, ut nõ potue
rint intelligere, nec intelligẽt uſq; in cõſumationẽ ſeculi. Lu
cæ. xvi. Immo eo plus & obſtinatius per obiectõnẽ ſcripturæ
occecan͂t, & induran͂t. Ioan. xix. Proinde ne hilũ quidẽ refer
ret, ſiue qs doctor ſit in Theologia, nec ne, Epiſcop9 ſeu Papa
uel porcarius, ſiue alioqui abiectiſsimus. Deus eñ ipſe ſibi ele
ctionem & ianuam retinuit, cui bene uel male uelit, multũ
ſiue parum gratiæ ꝓcedere. Exodi. xxxiii. Et etiãſi nulla eſſet
in terris ſcriptura, nec alia intelligẽtia, quam hæc regula, tñ
omẽs homines deberent ſe erigere, & capita ad deum tollere,
dicentes: Domine, ego ſum miſer pctõr, miſerere meæ deſo
lationis & miſeriæ. Verum ſapientes, magni doctores & Ra
bini, ueteres tẽplarii hiſce non opus habent, ſcribũt ſe hoſtes
huiuſmõi ſtultoꝝ & inſipientiũ hominũ in Chriſto. Videte
uos callidi ſapiẽtes, ne ferre9 ille circulus Sennacherib in ue
ſtras cogan͂t nares, ut ueſtra ꝓpria ſapiẽtia uos ineternũ ſcan
daliſet. ſecundũ uerbũ. i. ad Corin. iii. Quorſum pertinet po
tentia ſine timore dei, & ſcientia ſacræ ſcripturæ? niſi ut di
uexen͂t pauperes, ſeducan͂tq;, utq; graue on9 Pharaonis quot
tidie amplius duriſsime in innocentiũ ſubiectorũ colla de
trudam9, cum tñ ab eo liberi ſint, & liberati per Chriſtũ Ieſũ
dominũ noſtrũ. Paulus teſtan͂, noſtra pctã tantã dei irã mo
uiſſe, ut impoſuerit nobis pro principibus muliebria capita,
cicõias, miluos, accipitres, griphes, & qttidie plres accipim9.

Decimũnonũ. Nullus præſtantior uel nobilior theſaur9 põt in his terris inueniri, quam uerus & iuſtus ad ſuggeſtum pdicator uerbi dei. Math. xiii. Qui eſt honeſtæ, pudicæ, Chriſtianæq; uitæ: in talem ciuitas nullis debet parcere ſumptib9 Nã ut canit tibia, ita ſubſiliunt inuitati hoſpites. Si prædicator uerus eſt in ſcripturis & peritus, certe deus ex ipſo loquin͂: Sin uero fraudulentus eſt, deus ab eo procul eſt, ex eoq; loqn͂ — Bonus pdicator.

Beeltzebub. Mathei.xiii. Et ubi nam populus diſcet cogno-

Similitudo de verbo dei

ſcere deum, niſi ex publicis concionibus? Si tum cõcionator auditoribus ſuis præponit pura ſiliginis grana, ſine paleis, ue ſcuntur cõmanducones puro & albo pane: qui poſtq̃ conco- quitur, generat ſyncerum, ſubtilem, naturaléq; ſanguinem: hic producit bonam cõſtitutioné, quæ certam & firmã p̃bet ualetudinem: hæc bonas operationes, atq; hæ proferunt lau- dem & honorem. Ita uerbum dei eſt ille panis purus, a præ- dicatore populo præpoſitus: cõmanducones, hoc eſt popul9, qui audit uerbum, ſi cum diligentia ſumunt, concoquunt in cõtemplatione, quid, quomodo, & quare. unde naſcitur ſub tilis ſanguis: hoc eſt, ſi diſcunt intelligere quid ſit deus, quid ſit uerus honor eius, quæ uera ſit fides, q̃ uera bona ſunt opa, quid homo ſit, utpote, plane nihil, & qui ex ſe nihil boni poſ- ſit &c. Hæc intelligentia parit quietam cõſcientiam, alioqui ineptis interrogationibus, & diffidentia tumultuanté. Iam conſcientia intelligens & ſana, reddit hominé cõſtantem in omnibus aduerſitatib9, ut ſe ſuffulciat deo & ſcriptura, tanq̃ in Petra. Talis bona & cõfirmata ſanitas, adfert modũ & ra- tionem agẽdorũ omittẽdorũq;, unde primũ exoriunt̃ bona opera deo accepta. Quia opus quãtũ quãtũ ſit, uel eſſe poſsit, ſi candidã non habet uoluntatem, piaſq; circũſtantias, nihil eſt. Quis auté tam ſublimia denarrabit ſimplici uulgo, niſi doctus & timens deum prædicator? Quando populus non audit aliud quam ſynceram ſcripturam, tum etiam non alia contingit ei intelligentia de deo & uoluntate eius, ut quæ re- cta & uera eſt, deus eſt ueritas, deus eſt uita æterna: inde ſeqt̃ bona pax & cõpacientia in populo, quam producit uerbum dei. Quid melius eſt in his terris, quam pax, & miſeriæ noſtræ inter nos mutuo compati? ubi certe ipſemet habitat deus cũ fortuna & ſalute.

O homo con ſydera.

Notate Epĩ.

Vigeſimum. Nullum noxius nec preſenti9, uel magis pe- ſtiferum uenenũ poteſt, uel excogitari uel repperiri ſuper ter ram, quam falſus & fraudulẽtus prædicator. Mathei.xxiiii. (Cõuerte ſimilitudinem paulo ante de pane datã, & depre- hendes) Paulus ad Ro.x. ita dicit: Qui inuocauerit nomen

domini,ſaluus erit. Quo pacto quẽpiã inuocabunt homines, ſi in eum non credunt? uel quomodo credent uel fident ei, quem non audiuerunt? & qui audient, ſi non prædicatur? & quomodo prædicabit, cũ nõ ad hoc miſsi ſunt? &c. Hoc tñ eſt ad cõmunem ſenſum. Si populus deum non aliter intelligit quam per fidem, & ea prouenit ex auditu, auditus ex p̃dicatione, quæ ex prædicatore profluit (nunc res ipſa tãgit) Si igitur prædicans imperitꝰ ẽ, indoctus, malignꝰ, falſus (ut multi ſunt, qui in ſuggeſtu nihil aliud quam priuatas rixas, odia, ſuperbias euomunt, ulciſci ſe alio modo non potẽtes) quid putas talem cõcionaturũ ex ſpiritu ſcripturæ? nihilminus ut eſt, ita cantillat cantilenam, humanas didicit ſapientias, Cæſareum & pontificis ius, Ariſtotelis & Auerrois artes, magiſtrum cum ſexcentis opinatoribus rixoſis inter ſe & laceris, ut medici ſunt, cum nec aliis ſtuduerit, nec ſcit. Quid aliud igitur doceret, niſi humanas ſapiẽtias? quas ſi ex eo audis, etiam diſcis & exerces: unde naſcitur conſuetudo, quæ parit ſtatim confidentiã: & hæc ſi in te radices egit, das te quieti & paci, tandemq; concludis, ut nec profundiꝰ interroges, nec exiſtimes aliud quicq̃, atq; ita arbitraris firmiſsimũ uinculũ, certas manus te inieciſſe regno cœlorũ, nec poſſe te fruſtrari (cum diſtet illud plus q̃ cẽtum miliaria a te) Quis tum tuã tibi uult auellere ſuperſtitionem? quicquid dicitur, utcunq; aperte ſacra tibi exponatur ſcriptura, rationeſq; reddant̃ rationabiles, tum aſſueuiſti ueteri, putridæ, molliq; aquæ (non ſecus atq; Teucha, quæ tantum in ſtagnis & ſordibus deliteſcit libentius, uiuas nihil curans fontis aquas, etiamſi mors illius ſit) caput habes inſanum, doctrina uera eſt tibi inaudita, noua res tibi eſt: proinde rotas canum caput & phanaticum, dicens: Quæ hæc eſt noua doctrina? unde cum hac hic aduenit hoſpes? ſexagenarius nunc ſum, nec aliter audiui cõcionari: olim etiam uixerunt ſapientes & prudentes homines, errauerunt ne omnes? ignorantes quid rectum, quid nõ, meus pater etiam me ita docuit, ſi ita haberet, ut noui concionantur prædicatores hoc tempore, tum omnes eſſemus ſathanæ, & aberraſſent omnes ueteres: quo pacto huc deue-

Pertinax ſuꝑſtitioſę turbę ſermo.

nimus? Eſt hereticum, erroneum, ipſi nobis nouam predicāt fidem, nolite, nolite, ego manebo apud meum ueterem deū, fidem, doctrinamq;. Et talia audiūt iuniores, ſic cogitantes, hoc facit concionator, noſter paſtor, monachi ſacerdotes, & meus pater, mea uicinia, & tu ſic ſenties: inde multitudo confluit, unus ſtultus cōfirmat alium: ſi modo uel unum aliter profertur uerbum, quam iſtorum azininum caput capiat, tū rudiunt & uociferantur, non ſcripturas, nihil minus, ſed illuſiones, contemptū, conuicia, infamiā, blaſphemias: & poſtea reſpiciunt, num nam quiſpiam uelit dicere, hic uero egregi9 uir eſt. Mi ſtulte, dic mihi quando cœpit tuus deus, tua fides, tua doctrina? dices, per omnem uitam ſic audiui prædicari. Nūc audio cōmode, p̄dicatorē hæc tibi tradidiſſe? maxime. Verū quæ nam docuit ille te? (uel in cōfeſſione confeſſor tuus qui, de eadem eſt ſaliua, o confeſſio o cōfeſſio, quis uelit ad eum modum dicere de te ut de predicātib9). Reſpondes, docuit ſanctum Thomam, Scotum, Occam, Capreolū, Ariſtotelem, Auerroim, Magiſtrum in ſententiis, Dormi ſecure, Roſellum, Summulas, pōtificis ius & Cæſaris. O bonum uenenum. Nunc porro te interrogo, qui ſunt illi quos nomiaſti modo? homines. Si iam homies predicauit, ſunt ergo homines tui dii, tua fides, tua doctrina? Reſpōdes, non ita: ſunt q̄dem homines, uerum eorum doctrinā docuit. Iam dic quæ docēt iſti? docent de domino deo multa bona. Reſpōde deinceps: ſunt omnes equaliter ſancti, ſi narrāt de deo? Nō, inquis. Qui ergo? admirabiles ponunt quæſtiones, diſſentiunt inter ſe, nō alia ſpecie, quam quæ eſt apud Homerum deorū pugna. Exponas ergo quæ nam ſunt iſtæ quæſtiōes? Querūt quō, q̄d & ubi, & quare ſit ſancta Trinitas, qua ratiōe Chriſtus deus ſit uel nō ſit, q̄d ſit, cui9 officii, & p̄tātis, q̄rū ſit uiriū ſp̄ūſ ſc̄tūs, & quō dn̄s deus in creando mirabilia oper: p̄terea pulcherrima quærūt de cœlo & angelis, qua uia poſsim9 intrare cœlum, q̄d ſit in purgatorio & apud inferos: hæ res non ſunt raræ. Bone uir, q̄b9 autem probant? unus oſtendit hac ſcriptura, alter alia, attamen ille regnat, qui hæc per rationabilia dicta ſapientium naturaliū magiſtrorū fortiſsime

Egregii, ſi diis placet, ſcripturæ enarratores.

1B

ꝓbat. Eia bona res. Quãtũ audio in ſcripturis adhuc ſunt in preambulo, uerum in rationibus naturaliter ſapientũ, digladiant̃ & certant ꝓ uerbere ſanguinis. Mi homo, qui tñ ſunt iſti naturales magiſtri, qui tantas docuere ſapientias? Ariſtoteles eſt princeps omniũ, inde Plato, Auerrois, Pythagoras: audio itaq; Ariſtotelẽ, Auerroim, Platonẽ, cenſores & iudices eſſe, qui ſententiã ferant de ſacra ſcriptura? Reſpõdes. Iſti utunt̃ illis in libris eorum per totum. Dic porro: Magiſtri naturales fuerunt Chriſtiani, uel gẽtiles? Gẽtiles, Græci, Arabes Expone, quos tu appellites gẽtiles? Qui nõ credunt in deũ ut nos iam, & olim Iudæi ſub lege. O bone uir, qui ergo gentiles potuerunt iudicare ſuper uerbis dei, ſi nunq̃ cognouerũt deum? quis fuit illorũ deus? Sol, Luna, Iuppiter, Mars, & reliq̃ Idolorũ turba. Eia bona res. Quid autem ſunt huiuſmodi idola? Sathanæ familia.

Nunc uolumus ſimul accũbere, & priſcũ deum, fidem, doctrinamq; retro querere. Quid putas, ſi Sathan tandẽ tuus antiquus fieret deus, Ariſtoteles homicida, Auerrois Sodomita, Plato deſertor tua antiq̃ fides, & tua antiq̃ doctrina? Proinde nihil dicis per uitã meam ita audiui, quãobrem nõ muto ſententiã. Prouerbiũ circũfert̃, & uerũ q̃dẽ: Non om̃e quod fulget, aurũ eſt: quæ eſt cõparatõ palearũ ad ſiliginem? Quaſi diceret qs, nihil. Audi hãc ſentẽtiã o uetus ſtulte, quã deus om̃ipotens in hunc articulum eloquit̃, per Hieremiam Prophetam. xiii. Si mutare poteſt Ethiops pellem ſuam, aut Pardus uarietates ſuas (quaſi diceret, minime) & uos poteritis benefacere, cum didiceritis malum? O uæ uæ, quã durum hoc eſt dictum. Stulte, perlege Hieremiã, hic tuam tibi indicabit ſtultitiã, quod ſit a deo ꝓpter hunc articulũ tm̃ emiſſus, tã magnifice in utero matris preparatus, prædictũq; ſibi multo ante, quam multi antiqui & obſtinati, maligniq; ſtulti obuẽturi ei eſſent, cũ ſuo antiquo deo, antiq̃ fide, antiq̃ doctrina, qui perſecuturi eum eſſent, cõtempturi, & tandẽ interfecturi, nec tñ ſuperaturi. Vtinam ſtulti ſapientes hunc Prophetam diligenter perlegerẽt, ſi ulla in eis reſtaret diuini timoris ſcintilla, cõuerterent nimirũ ſe, agnoſcerẽtq; errorẽ ſuũ. Verũ q̃d

Concluſio.

dicam⁹: uox iſtorũ eſt, Agnus Agnus, ſicut lupus perpetuo ſonabat, cum fame cruciaret. At nihil ducor admiratõne. Nã experientia omniũ temporum teſtatur, dominum deum a nemine magis & cõtemptius habitum & perſecutum, quam recte ab iis, qui ſingularem habent ab eo cõmiſsioné, ut laudem & gloriam dei omnibus exhibeant. Quia illa meretrix purpurata, auro & nobilibus lapillis exculta, uſq; in hunc dié in manu tenet aureum calicem, plenũ blaſphemiis dei, porrigens eum omnibus ſuis procis & amatoribus, quo poculo oẽs terræ principes inebriat, ut & ipſa ebria eſt ex ſanguine ſanctorum & martyrum Ieſu Chriſti. Hæc meretrix ſuas exercebit libidines cum hac potione, uſq; in finem ſeculi, ut tñ a Chriſto Ieſu præcipitet & interficiat: ei eñ uictoria hæc retenta eſt. Quare nemo offendat, uel miretur, cur iſtorum res ſint adeo erectæ ſublatæq;, & procedant tam fœliciter oĩb⁹ aduerſariis ſuppreſsis & perditis, & nonnunq̃ interfectis. Ita enim fieri oportet ſecundum Propheciam Danielis. viii. Qui aures habet audiat. Atq; hæc in bonam partem accipite, ſi alicubi impudentior fuerim, quicquid fœci, in rem ueſtrã fœci, ut nemo in errorem ueniret, atq; ita in perpetuũ damnaret: a quo deus præſeruet nos gratia ſua. Amé.

A ſacro ordĩe maxĩe cõtemnit deus.

τέλος.

Iudas Nazarei.

VVITTEMBERGAE.

[Ii ℥ Bl. 43 verso]

Ib 4187 a

ULB Halle 3
003 732 096

5b

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473840-p0067-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473840-p0068-1

# E VETERI ET NOVICIO DEO, DE VETERI ET NOVA FIDE DOCTRINAQVE, SIVE, ORIGO IDOLO-LATRIAE.

e, Lector cādide, multis nominibus
c pulcherrimū librum, doctrina &
ruditione inſignē, ut cognoſcas
quo te uertere debeas, q̄d ſpe-
ctare, q̄d credere, in tāto to-
tius Chr̄ianiſmi diſsidio,
in tantis rerum pu-
blicaꝝ tumulti-
bus. Vale
in Chriſto domino noſtro.

Farbkarte #13 B.I.G.
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-473840-p0069-0